Forgotten Books

www.forgottenbooks.com

Copyright © 2016 FB &c Ltd.
All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

Moeridis Atticista

MOERIDIS ATTICISTAE
LEXICON ATTICUM

CUM

JO. HUDSONI, STEPH. BERGLERI, CLAUD. SALLIERII, SCHLAEGERI

ALIORUMQUE NOTIS.

SECUNDUM ORDINEM MSSTORUM RESTITUIT, EMENDAVIT ANIMADVERSIONIBUSQUE ILLUSTRAVIT

JOANNES PIERSONUS.

ACCEDIT

AELII HERODIANI PHILETAERUS

E MS. NUNC PRIMUM EDITUS ITEM EIUSDEM FRAGMENTUM E MSS. EMENDATIUS ATQUE AUCTIUS.

CUM ANNOTATIONIBUS SUIS ET PLERISQUE JO. FRID. FISCHERI DENUO EDIDIT

GEORG AENOTHEUS KOCH,

PHILOS. D. REG. SEMIN. PHILOL. LIPS. SOD. HONOR.

LIPSIAE,
SUMPTIBUS GUIL. LAUFFERI.
MDCCCXXX.

VIRO ILLUSTRI

EXCELLENTISSIMO DOCTISSIMO

CAROLO GOTTHELF HILBERTO

S. M. REG. SAXON. A CONS. COMM.

DOMINO SCHEIBAE ETC. ETC.

PATRONO ET FAUTORI SUMMA PIETATE COLENDO AFFINITATE SIBI CONIUNCTISSIMO

HANC NOVAM MOERIDIS HERODIANIQUE EDITIONEM

GRATI ANIMI TESTIFICANDI CAUSSA

D. D. D.

GEORG AENOTHEUS KOCH.

ILLUSTRISSIMIS

GENEROSISSIMISQUE

VIRIS,

HESSELO DOMINICO ERNESTO
AB AYLVA,

SIUCKIO GERROLDO JUCKEMA
A BURMANIA RENGERS,

LIVIO SUFFRIDO LYKLAMA
A NYEHOLT,

TIALLINGO EDONI HESSELO
ROORDA A SIXMA,

SUMMIS IN REPUBLICA

MUNERIBUS ET HONORIBUS

CONSPICUIS,

ACADEMIAE FRISIAE,

QUAE FRANEQUERAE EST,

CURANDAE

QUATUOR VIRIS,

Hoc opusculum venerabundus

D. D. D.

JOANNES PIERSON.

Greek
P. Koehler
8-8-32
25823

PRAEFATIO.

MOERIDIS ATTICISTAE libellus, postquam diu in Bibliothecarum scriniis latuerat nec tamen principum virorum notitiam effugerat, tandem multorum votis expetitus in lucem prodiit, anno huius seculi duodecimo, Oxoniae, opera et studio Joannis Hudsoni. Quanquam enim haec editio Hudsoni nomen non praefert, eius tamen cura adornatam esse inter eruditos constat. Vid. Hallii praefat. Josepho praefixam, et Fabricii B. G. Vol. IX. p. 420.

Triennio fere post magnam Moeridis partem una cum aliorum Grammaticorum excerptis ex optimo Codice Coisliniano protulit Vir egregius et multis magnisque in rem litterariam meritis illustris, Bern. Montefalconius (Bibl. Coisl. p. 485—488.), qui totum quoque Moeridem manu sua descripserat, emendaverat notisque eruditis illustraverat; quod e Schlaegeri ad Stoeberum litteris, quarum exemplar penes me est, intellexi.

Superiori seculo, qui manu exaratos Moeridis Codices evolverint aut eorum apographa sibi compararint, praecipui fuerunt Salmasius, Pricaeus, Bullialdus, Maussacus, Valesius, Usserius, Vossii, Spanhemius, Menagius, Du Cangius, Colomesius, Le Moynius, Kusterus, alii.

Primus autem, quod sciam, de Moeride una cum Thoma Magistro aliisque eiusdem generis scriptis in lucem emittendo cogitavit Martinus Brunnerus, Linguae Graecae primum, mox Theologiae in Academia Upsaliensi Professor, vir doctus, qui eum N. Heinsii beneficio acceperat: ad quem etiam plurimas de Grammatico nostro litteras scripsit, quas tamen proferre Cl. Burmannus vix operae pretium duxit (vid. Syllog.

Epistol. Burmann. T. V. p. 177.). Verum multis districtus negotiis et a dirissimo eruditorum hoste calculo vexatus promissa solvere non potuit, anno elapsi seculi septuagesimo et nono tristi fato defunctus. Vid. Syllogen Burmann. T. III. p. 691. T. V. p. 89. 177. 501. 517. 668. Quo autem eius in Moerin animadversiones pervenerint, aut ubi terrarum lateant, plane ignoramus.

Brunnero mortuo Joannes Columbus in epistola ad N. Heinsium, Syllog. T. V. p. 177. 187. se permittente Heinsio libenter Moerin editurum professus est; sperare autem, Brunneri haeredes sibi eius annotata non invisuros. Verum et ille Aiax in spongiam incubuit.

Ludolphus quoque Kusterus, Vir insignis, Moeridis editionis a se adornandae spem videtur fecisse. Vid. Fabricii B. G. Vol. IV. p. 419.

Post Hudsonum autem et Montefalconium eodem fere tempore de Grammatico nostro iterum typis committendo consilium ceperunt Carol. Andr. Dukerus et Claud. Sallierius, uterque eruditionis fama et scriptis celebratissimus. Dukerum de Ammonio, Phrynicho, Thoma Magistro, Erotiano et Moeride iunctim edendis cogitasse, e Novis Litter. Lips. Anni MDCCXXVII. p. 179. monuit Schlaegerus in Conspectu et Lexiphilus Obs. Misc. Vol. V. T. III. p. 31. Moschopulum pro Moeride nominat ipse Cl. Dukerus in litteris ad Valckenaerium praefationis Ammonio praemissae p. 3. Verum, quicquid huius rei sit, postea vir doctissimus consilium illud plane abiecit.

Sallierii Commentarius multos ante annos scriptus rara felicitate in manus nostras pervenit.

Anno deinde quarto et tricesimo Conspectum editionis Moeridis Atticistae Hamburgi in lucem edidit Julius Carolus Schlaegerus. Conspectum illum huic Praefationi subiunximus, paucasque notas Moeridi suis locis adiecimus. Reliquae Schlaegeri animadversiones perierunt. Qua de re lubet hominis eruditissimi verba, e litteris ad Cl. Stoeberum d. XXVI. Aprilis MDCCLL scriptis, apponere: „Atque haec quidem „sunt omnia, quae in Lexicographum olim meum, nunc vero „tuum, a me proficisci possunt officia, quorum fortassis plura

„possem praestare, si scirem, ubinam gentium lateant meae „in Moeridem animadversiones ad litteram M usque perdu- „ctae. Idem illae expertae sunt fatum, quod fuit observa- „tionibus τοῦ πάνυ Montefalconii, qui vir doctissimus pariter „atque longe humanissimus non solum Moeridem integrum ex „Codice Coisliniano propria manu descripserat, sed emenda- „verat quoque et illustraverat notis eruditis. Verum, uti hic „thesaurus in itinere, magno litteraturae Graecae damno, pe- „riit, ita et meae quisquiliae, dum reculas meas Helmaesta- „dio Gotham transfero, una cum aliis quibusdam raris caris- „que libellis disparuerunt. Prius nullo modo resarciendum „damnum in caussa fuit, cur iamdudum abiecerim Moeridis „edendi consilium.“

Aliquot annis post Moeridi manum admovit eruditus quidam Juvenis Anglus, Lugduni Batavorum studiorum caussa commoratus; qui, cum multa ad Grammaticum nostrum collegisset et MSStorum Codicum variantes lectiones sibi comparasset, in Italiam profectus Musas ac Moeridem valere iussit.

Per idem fere tempus Ernestus Gulielmus Higtius nostras, flosculus ille poëtarum Belgicorum et nunc cum maxime Scholae Alcmariensis Rector sollertissimus, quocum, inde a condiscipulatu in Academia Franequerana, integerrima mihi intercedit amicitia, Grammaticum nostrum cura sua dignum iudicavit. Verum poëticis suavitatibus assuefactus taedium Grammaticum devorare non potuit et Moeride seposito evolvendis aliis utriusque linguae scriptoribus totum se tradidit, elegantissimis carminibus et patrio, et Latino sermone scriptis, omnibus, quotquot Musas amant, commendatissimus.

Anno denique primo et quinquagesimo Elias Stoeberus, Collegii Argentoratensis Rector, strenuam Moeridi aliisque Atticismi magistris navavit operam, emisso novae horum Grammaticorum editionis specimine. Sed, cum typographi, nescio quo casu, inchoatum opus destituissent, suas aliorumque in Thomam Magistrum animadversiones una cum copiis, quibus instructus ad Moeridem illustrandum fuisset accessurus, Amstelaedamum misit Vir eruditissimus ad Joannem Stephanum Bernard, Med. Doctorem expertissimum: qui

Thomam Magistrum novis Hemsterhusii, Oudendorpii aliorumque accessionibus auctum mox typis imprimendum curavit.

Accidit, ut eodem fere tempore ante hos septem annos, cum aliorum hominum doctrinae ac sapientiae fama praestantium, tum praecipue magni illius Hemsterhusii, cuius absens summus admirator fueram, audiendi caussa, ad sacratissimam Musarum sedem et totius Belgii ocellum, Leidam me conferrem. Ubi cum Joannes Daniel Lennepius, quo Franequerae usus fueram amico optimo, et Davides Ruhnkenius eodem tempore degerent, meque in amicitiam suam et familiarem consuetudinem, qua nunquam suaviorem expertus sum, recepissent; hi primi mihi auctores Moeridis emaculandi illustrandique extiterunt: Bernardum aliis rebus et inprimis arte Clinica exercenda occupatissimum MSStorum collationes aliaque libenter in usus meos concessurum. Accessit Hemsterhusii, Albertii aliorumque auctoritas, a quibus dissentire piaculum esse existimavi. Itaque alacri animo litteris ad Bernardum datis ab ipso, quae possideret ad Moeridem pertinentia, audacter petii statimque, quae singularis Viri humanitas fuit, impetravi.

Haec praemittenda videbantur, antequam de MSStorum auxiliis aliorumque virorum doctorum laboribus, quibus adiutus ad Moeridem instaurandum me contuli, de mea denique ratione aliquid dicerem.

A Bernardo igitur Hudsonianam Moeridis editionem accepi, quam cum Codicibus Coisliniano et Regio contulerat Cl. Stoeberus.

Huic adiunctae erant Diversae Lectiones Schlaegeri manu exaratae, de quibus ita Vir Cl. in litteris ad Stoeberum: „Desideras a me Celeb. Sallierii cura expolitum Atticistae „exemplum, quod quidem iam dudum in Galliam remigravit: „sed uti eius margini allitas atque ex Codicibus Parisinis pe„titas variantes lectiones manu mea descripsi, ita hocce apo„graphum mitto tuique iuris esse iubeo. Animadvertes inter „illas complures ad sanandum Moeridem nostrum adprime „facientes.“

Praeterea huic fasciculo inerat Schlaegeri Conspectus edi-

tionis Moeridis Atticistae, cuius supra mentionem fecimus, quemque alibi fortassis frustra quaesivissemus.

Denique Schlaegeri ad Stoeberum Epistola MS. saepius memorata, et Viri Graece Latineque doctissimi, J. M. Gesneri litterae omni suavitate conditae, ad Schlaegerum scriptae Gottingae, a. d. XXIV. Martii MDCCXXXV. e quibus pauculas in Moerin coniecturas et emendationes protulimus.

His omnibus, veluti cumulus, accesserunt eruditae Claudii Sallierii in Grammaticum nostrum animadversiones, quas, postquam nimis diu in situ et squallore abiectae fuerant, tandem Stoebero in lucem emittendas tradidit Vir eruditissimus.

Postea idem Bernardus Anonymi Angli Varias Lectiones in Moeride Atticista ex Collatione Codicis MS. observatas (sic) ad me misit, a Stoebero acceptas: de quibus ita Vir Clar. in litteris ad me datis: „Accepi ante aliquot dies litte„ras a Cl. Stoebero nostro, in quibus non solum testatur, „quantopere laetetur, quod Tu Moeridi manus admovebis, „verum etiam rogat, ut variantes Lectiones, quas hic simul „accipis, cum plurima observantiae benevolentiaeque testi„ficatione Tibi reddam. Misit has ad Virum Clar. Jo. War„dius, Collegii Greshamensis Professor, quae licet paucae sint „ac auctorem Collationis et Codicem MS., unde depromtae „sunt, indicare neglexerit Celeb. Anglus, minime tamen ea „propter νοθείας postulandae videntur Doct. Stoebero.“ Hanc Collationem Wardianam appellare soleo.

Haec Stoeberi et Bernardi beneficio accepta refero. Cl. quoque Stoeberus aliud Moeridis exemplar se missurum pollicitus fuerat observationibus suis ditatum (utor Bernardi verbis), tum etiam viri cuiusdam docti notas haudquaquam spernendas. Sed neutrae ad manus meas pervenerunt.

Vix dum meum de Moeride emaculando consilium Viro Litteratissimo Jo. Albertio, quo nihil dari potest suavius, nihil candidius, innotuerat, cum ne rogatus quidem et Codicis Vossiani, qui Leidae servatur, Collationem accuratissime a se institutam mihi obtulit, et Verborum Ordinem, prouti in MS. Cod. erat, manu sua descriptum.

Pari humanitate Abrahamus Gronovius, Vir doctissimus, varias Lectiones e Cod. MS. ad editionem Hudsonianam a Parente J. Gronovio adscriptas sponte mihi utendas concessit.

Ordinem verborum Moeridis, qui in Codice Coisliniano, nunc Sangermanensi, reperitur, postea in meam gratiam accurate descripsit Politissimus Ruhnkenius.

Tandem elegantissimi Vir ingenii et erga amicos officiosissimus, Petrus Burmannus Secundus Moeridis exemplar ad me deferendum curavit, in cuius margine non pauca annotaverat doctus ille Stephanus Berglerus, pleraque bonae frugis et digna ipsius eruditione; quae notis inseruimus.

Video, me plurimis humanitate et doctrina praestantibus viris, multis magnisque nominibus esse obstrictum: quibus, et universis, et singulis, gratias, quas possum, habeo agoque maximas. Nec futurum opinor, ut ipsos horum officiorum poeniteat, cum oblatis me bonis non socorditer usum fuisse perspexerint.

Nunc de ipsis Codicibus paullo accuratius dicendum est.

Ceteris, quorum Collationes nobis ad manum fuerunt, longe multumque praeferendus est Coislinianus in membrana scriptus seculo X. iudice harum rerum peritissimo Montefalconio Bibl. Coisl. P. II. Codex CCCXLV. continens varia Lexica, ut Apollonii, Timaei, Moeridis aliaque, e quibus specimina exstant in Bibl. Coisl. p. 457. et sequentibus. Coislinianum saepius inspexisse Sallierium et ipsius notae ostendunt, et ipse Cl. Ruhnkenio coram affirmavit. Quocum etsi in plurimis plane consentit Collatio Schlaegeriana, discrepat tamen in paucis. Postea Stoeberus eumdem Codicem excussit et plerasque lectionum varietates Moeridis sui margini allevit. Quae Collatio etsi in nonnullis a Sallierii et Schlaegeri Collationibus diversa videatur, praecipue ubi glossae quaedam omissae vel insertae sunt, id tamen non Virorum eruditorum negligentiae, sed inverso potius verborum ordini, quo Codices conferendi laborem difficillimum reddiderat Hudsonus, tribuendum existimamus. In Montefalconii Bibliotheca Coisl. multa vitiosissime expressa sunt. Illud iure affirmarim, hunc Codicem longe esse praestantissimum, ut qui ubique fere ipsam Moeridis manum exhibuerit, multas voces rariores et

plane glossematicas conservarit, in aliis neglectas. Accedit, quod nullis, quantum deprehendere licuit, aliorum sordibus, quas homo inepte sedulus in illum Codicem, unde Regius, Vindobonensis et alii fluxere, intulit, vel leviter sit inquinatus. Qua de re postea.

Coisliniano proximus bonitate est, longo sed proximus intervallo, Regius, quem adhibuit Stoeberus, cuius numerum cum annotare neglexisset Vir doctus, diu dubius haesi, pluresne in Bibliotheca Regia essent Moeridis Codices MSSti, an vero is solus, quo Salmasius, Menagius, Du Cangius aliique etiam usi sunt: tandem Ruhnkenius V. C. tum Parisiis agens a me consultus respondit, unum tantum in illa Bibliothecarum regina esse Moeridis Codicem eumque valde recentem; eumdem, ni fallor, quem olim Francisco I. Gallorum regi obtulit Antonius Eparchus. Vid. Fabric. B. G. T. X. p. 477. In Catalogo Bibliothecae Regiae T. II. recensetur inter Codices Graecos n. 1630. bombycinus. Continentur eo CXLIV. diversi generis opuscula, inter quae Moeris est CXLIII. *Moeridis Atticistae Lexicon.* sic. Seculo XIV. scriptus Codex, ut videtur. Ita fere in Catalogo est. E bono tamen Codice derivatus sit oportet; multas enim pulcherrimas lectiones inde Moeridi restituimus.

Cum Regio adeo convenit Collatio Gronoviana, ut ad eumdem librum vel valde similem facta videatur. Pauca tamen in illa reperias, quae a Stoebero e Regio enotata non sunt: in quibus plane cum Coisliniano conspirat.

Harbini Apographo, quod e Pricaei schedis descriptum erat, usus est Hudsonus. Pricaeus autem Moerin e Codice Vindobonensi manu sua descripserat. Vid. Fabricius B. G. Vol. IV. p. 519. et IX. p. 420. et Usserius in Ignatii epist. ad Antioch. p. 104.

Ex eodem Pricaei Codice habuisse videtur Vir Illustris Is. Vossius, cuius liber nunc in Bibliotheca Leidensi asservatur. N. 56. in Quarto. Catal. Bibl. Leid. p. 398. Eumoeridae Atticistae vocabula Atticorum et Graecorum iuxta Alphabetum. Scripta manu Is. Vossii, vulgo Moeridis. in charta. sic.

Qui libri cum omnium essent depravatissimi, ad Coisliniani certe et Regii praestantiam nullo modo comparandi, tanti non videbatur, ut Vindobonensis MSti variantes peterem lectiones, quas tamen, si petiissem, facile a Viro Nobilissimo Swietenio, Caesareae Bibliothecae Praefecto dignissimo, me impetraturum fuisse confido.

Moerin MS. in multis Bibliothecis Gallicis et Anglicis exstare scribit Salmasius de Ling. Hellen. p. 46. Qui libri an ab iis, quos iam memoravimus, diversi sint, definire non audemus.

Codicem quoque suum laudat Stephanus Le Moynius Var. Sacr. p. 479. Sed Regii apographum fuisse opinor.

Vaticanus Codex memoratur a Ph. Jac. Maussaco Diss. Crit. in Harpocrat. p. 364. (393. novae ed.) „Moeridis Atticista laudatur a Photio, quem librum dicunt exstare in „Vaticana summi Pontificis Bibliotheca."

Praeterea Moeris MS. commemoratur in Catalogo Bibliothecae D. Marci Venetiis. Inter Grammaticos Codex 486. chartaceus. Fol. 344. Seculi circiter XV. Reperiuntur in illo Cod. M. Moschopuli Collectio vocum Atticarum ex imaginibus Philostrati, Thomas Magister, Eumoeridis libellus de vocibus Atticis (sic), Phrynichus, Man. Moschopulus aliique plures. De cuius aetate admodum recenti cum constet, dignus non videbatur, cuius varias lectiones mihi sumtu et molestia compararem.

Venio nunc ad Moeridem, de cuius nomine primo paucis disputandum est. Moeris appellatur a Photio in Bibliotheca. Similiter in Codd. Coisliniano et Regio. In MSS. autem Vindobonensi, unde Pricaeanus ac Vossianus defluxere, et Venetó Eumoerides nominatur, *Εὐμοιρίδου*; atque ita eum appellant Colomesius Obs. Sacr. p. 186. et Spanhemius in notis ad Aristophanem et de U. et P. Numismatum. Moenis scriptum est apud Labbeum Bibl. Nov. Manuscr. p. 105. Maeris apud Le Moynium Var. Sacr. T. II. p. 479. utrumque typorum errore, quod monuit Cl. Schlaegerus in Conspectu. Recte Hudsonus *Μοίριδος* edidit. Schlaegeri enim coniecturam in ipsius specimine legi malim, quam hic operose a me refutari; praecipue, quum ipse Vir eruditus eam

diu repudiaverit: quod ex ipsius epistola ad Stoeberum apparet. „Quod ad coniecturas Conspectui adiectas attinet, „eas non plane improbandas esse etiam nunc habeo persua„sum: excepta tamen prima, cui ut nuncium mitterem, au„ctor inprimis mihi fuit Moeris apud Xenophontem Ephesium „obvius, L. II. p. 35.“ Recte. Audiamus praeterea Gesnerum in litteris ad Schlaegerum: „Moerin Virgilianum a „*moerore* derivare nolim, tum, quod analogia videtur repu„gnare, tum, quod nomina in Eclogis Graeca, quantum re„cordor, sunt omnia, Tityrus, Meliboeus, Alcon, Daphnis, „Alexis, Corydon. Deinde vide, quaeso, mihi enim requi„rere non vacat, an non Moeris dictus fuerit, — Quin re„cordor, Moeris ille est Chalcedonensis Episcopus, qui Ju„liano caecitatem exprobranti maledixit.“ Episcopus ille Chalcedonensis Maris dictus est, non Moeris. V. Socratem H. E. Sed dubitandum non est, quin *Μοίριδος* nomen bene Graecum sit et multis olim cum Grammatico nostro commune. Praeter memoratos certe duo Moerides a nobis observati sunt. Alter apud Scholiastam Apollonii Rhodii ad lib. II. v. 789. qui Mygdonas ab Hercule debellatos fuisse tradidit. Alter in Stratonis Epigrammate nondum edito, cuius primum distichon protulit Cel. Valckenaerius ad Ammon. Animadvv. lib. III. cap. 15. p. 218.

Ἑσπερίην Μοῖρις με, καθ' ἣν ὑγιαίνομεν ὥρην,
Οὐκ οἶδ' εἴτε σαφῶς, εἴτ' ὄναρ ἠσπάσατο.
Ἤδη γὰρ τὰ μετὰ ἄλλα μάλ' ἀτρεκέως ἐνόησα,
Χρῄζουσα μοι προσέφη, χρῄζοσ' ἐπυνθάνετο.
Εἰ δέ με καὶ πεφίληκε, τεκμαίρομαι· εἰ γὰρ ἀληθὲς,
Πῶς ἀποθειωθεὶς πλάζομ' ἐπιχθόνιος;

Et in alio itidem inedito:

Παῖδα μὲν ἡλιτόμηνον ἐς ἄφρονα καιρὸν ἁμαρτεῖν,
Τῷ πείθοντι φέρει πλεῖον ὕβρισμα φίλῳ,
Ἤδη δ' ἐν νεότητι παρήλικα παιδικὰ πάσχειν
Τῷ παρέχοντι πάλιν τοῦτο δὶς αἰσχρότερον.
Ἔστι δ' ὅτ' ἀμφοτέροις τὸ μὲν οὐκέτι, Μοῖρι, τόδ' οὔπω
Ἅρπτες, οἷον ἐγὼ καὶ σὺ τὸ νῦν ἔχομεν,

A Moeride autem terminatione tantum differunt Moereas, Moerichus, et Moerus apud Hygin. Fab. CCLVII. Depravata

Εὐμοιρίδου scriptura unde orta sit, incertum est nec lubet inquirere.

Quis vero fuerit Moeris, quando aut ubi vixerit, nos latere ingenue fatemur. Praeter Photium enim a veterum Grammaticorum laudatur nemine. Post Phrynichi tempora eum floruisse, persuasum habuit Hudsonus, quod is a Moeride citaretur in *Ἰσοτελής*. Verum is locus, ut multi alii, Moeridi invito ab homine stulte liberali obtrusus est exulatque ab optimis membranis Coislinianis. Mihi, si non antiquior, certe non multo posterior Phrynicho videtur. Multa enim hic occurrunt adeo similia Aelii Dionysii, qui sub Adriano floruisse dicitur, *Λέξεων Ἀττικαῖς*, quas laudat Eustathius, ut vel eadem aetate vixisse uterque videantur et ex eadem schola prodiisse, vel alteruter alterius scrinia expilasse; quorum posterius cum nullis certis indiciis probari possit, cur non prius potius statuamus? Ipsum scribendi genus et brevitas satis docet, Moerin recentem non esse. Nulli ab ipso auctores citantur praeter veteres illos, Thucydidem, Platonem, Xenophontem, Aristophanem ceterosque Comicos, et oratores Atticos. Certius fortasse illius aetatem possemus definire, si de quorundam recentioris Graecismi vocabulorum, qualia sunt *γρόνθος*, *ἐνώτια*, *στρέμφυλα* etc. aetate constaret. Conf. in *Βαλβίδες*, ubi *νῦν ἔτι*. Verum nolim incertis coniecturis indulgere.

Libelli index quoque quis fuerit, non adeo certum est. *Μοίριδος Ἀττικιστοῦ* simpliciter est in Codice Coisliniano. Vide Bibl. Coisl. p. 485. *Μοίριδος Ἀττικιστὴς* appellatur Photio Cod. 155. p. 171. *Ἀνεγνώσθη δὲ ἐν τῷ αὐτῷ* (in eodem Codice, quo continebatur Timaei Lexicon, Aelii Dionysii *Ἀττικὰ ὀνόματα*, Pausaniae Lexicon, Boëthi Lexicon Platonicum etc.) *καὶ Δωροθέου περὶ τῶν ξένως εἰρημένων Λέξεων — ἔτι δὲ καὶ Μοίριδος Ἀττικιστής· κατὰ στοιχεῖον δὲ καὶ τοῦτο τὸ πονημάτιον*. Similiter Moeridis Atticistam vocat Maussacus Diss. Crit. in Harpocrat. l. c. Qui titulus, si MSSti addicerent, non displiceret. Ita Irenaei *Ἀττικιστὴς κατὰ στοιχεῖον* Etymologo et Suidae memoratur. V. Kust. ad Suid. T. II. p. 29. Phrynichi *Ἀττικιστὴς* apud Suidam v. aliique. Salmasius ad Tertulliani Pall. p. 411. Moerin Atticistam citat *περὶ Ἑλληνικῶν καὶ Ἀττικῶν Λέξεων*. Sic et Plin.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access

$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

huc relata sunt: *Ἀμέλει* et *Γραμματοκύφωνα*. E Scholiasta Luciani admodum recenti vel ex alio quopiam Grammatico, cuius scrinia is expilavit, profecta sunt *Ἐφεστρὶς κ. τ. λ.* et quae in *Τοπλῆξ* fuerant addita.

In *Ἐπηλυγαζόμενος* et *Ποτνιώμενος* quaedam e Suida aut Photio adiecta sunt. Ex iisdem denique Lexicographis, aut Hesychio aliisve ineditis, profluxerunt: *Ἀγαπήνορος. Ἀφηνιαστής. Ἱερεῖον, πᾶν τὸ θ. Ἰδέ. Πότνα. Πότνια. Ποτνιᾶται. Ποτώμεναι. Πορφύρει. Πόσις. Πότερον. Πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Σφίσιν. Σφῶν. Σκυτάλη.*

Quae omnia cum antiquissimus Coislinianus ignoret, pro spuriis habenda esse nemo dubitet. Itaque quodam *νοθείας* signo, asterisco, distinxi; quamvis, si mei fuisset res arbitrii, una litura delere maluissem.

Solus Coislinianus non sensit manum interpolatricem. In *Ζηλῶ* adscriptum in margine fuerat *καὶ παραζηλῶ*: ad *Φοιτητὴν, ἢ τὸν παραγινόμενον*, et ibidem *Φοιτᾷ, Ἀττικῶς. παραγίνεται, Ἑλληνικῶς.* Plura insititia in Coisliniano non putem reperiri. Nam Moerin e Thoma Magistro a recentioribus Grammaticis quibusdam in locis locupletatum esse, quod in mentem venit J. F. Fischero, qui nuper Moerin Lipsiae recoxit, plane a vero abhorret. Thomas quippe seculo quarto et decimo vixisse creditur; at Coislinianus Codex seculo X. iam exaratus, ut supra monuimus.

Quis vero primus hoc flagitium commiserit, ac Codici suo, e quo Regius, Vindobonensis aliique descripti sunt, has glossas inseruerit; et an liber ille reperiatur, cuius margini primum fuerint allitae, hactenus indagare non potuimus.

Scripsit Moeris secundum litterarum seriem, non tamen accuratam. Dictiones ab A, B etc. incipientes posuisse contentus sequentium litterarum nullam habuit rationem. Hudsonus, ut lectores quaerendi labore levaret, secundum accuratum litterarum ordinem voces disposuit. Quo factum est, ut nonnulla omnino coniungenda perperam divulserit ac Codices conferendi laborem reddiderit impeditum. Similem Blancardi in Harpocratione disponendo diligentiam iure reprehendit J. Gronovius. Nam ista ratio quamvis in vocibus reperiundis aliquid habeat commodi, plura tamen et maiora

affert incommoda, quae singula commemorare supersedeo. In veterum scriptis modeste nos versari decet: quaerendi autem labore lectores Indicis ope, qualem nos dedimus, facile levantur. Itaque verborum ordinem, qualem in Codice Coisliniano reperit Cl. Ruhnkenius, restituimus. Idem erat in Vossiano, e quo glossas istas insititias suis singulas locis addidimus.

Atque ita eo sponte devenio, ut, quam rationem in Moeride exornando secutus sim, declarem.

Revocata igitur Moeridi propria dictionum serie primo praecipuam operam in eo collocavi, ut Grammatici verba, quam fieri posset emendatissime, legerentur. Qua in re plerumque Codicum, inprimis Coisliniani, auctoritatem secutus sum, quorum auxilio pleraque perpurgari et pristinae sanitati restitui potuerunt; ita ut perpauca relicta credam, quibus aut coniecturali opera succurrendum sit, aut a melioribus libris medicina exspectanda. Paucas tamen Hudsoni, paucas aliorum coniecturas, unam alteramve meam, quae ceterorum Grammaticorum auctoritate, quae post MSStos proxima est, niteretur, reponere non dubitavi. Sed sunt ista perpauca. Hudsonus quidem depravatis admodum schedis usus multa passim temere mutaverat, multa inseruerat a Grammatici instituto maxime aliena. Verum ea omnia e contextu, quem vocant, ad ipsius notas reiecta sunt: adeo ut, si quis Hudsoni editionem cum hac nostra comparare instituat, alium se legere auctorem, prope sit crediturus. Sed cum levi, quod aiunt, brachio Hudsonus rem egerit, nihil asperius in eum dictum velim; ne eo reprehendendo inanem gloriolam captare videar.

Moeridis verbis recte atque ordine constitutis lectionum varietates e Codicibus annotatas summa cum cura in notis exhibui; ut si quid forte (quod aliter fieri vix potest) oculos meos effugerit, ab aliis detegi queat. Manifesta etiam librariorum vitia indicare operae pretium duxi. Qua in re si qui forte nimis minutam fuisse diligentiam nostram existiment, sciant illi, minime eam utilitate carere. Hac enim via saepissime in aliis libris, in quibus MSStorum auxilio destitui-

mur, librariorum errores investigantur ac deprehenduntur. Quod ne quis temere a me dictum putet, uno in praesenti defungar exemplo. Litteras ι et ρ in libris scriptis valde similes esse et ab amanuensibus creberrime confundi, vulgo non adeo notum est. Ita in Collatione Gronoviana apud Moeridem in Ὀξυθύμια pro ἀγχονιμαίοις scriptum est ἀγχονιμάροις. Similiter in Aristophanis quodam fragmento pro διέφθορας τὸν ὅρκον ἡμῶν reponi debere τὸν οἶκον, in notis ad Moerin monui. Ex hoc fonte solus Hesychius infinitis fere locis castigandus est. Οἴεσι, προβάτοις pro Ὄρεσι scribi debuisse pariter in notis observavimus. Sed sunt multo plura ad manum. Κίενεν, ἐπετέλεσεν. perperam pro Κρῆνεν. Μερῶν, ἐλάσσων pro Μείων, ut superius recte exaratum est. Frustra Guietus a μέρος derivare conatur. Pari errore idem Hesychius Παρημοσύνη, θεραπεία dedit pro Παιηοσύνη (a Παιήων, ut a πήμων, πημοσύνη), quod alio loco interpretatur per ἰατρεία. Paulo ante Παρήϊξαν, ἐκώλυον depravatum est ex Παρεῖρξαν. Verum monstri instar est, quod in littera P legitur: Ῥερπιδάω, τὸ πῦρ ἐκκαίουσι. Scripserat Hesychius: Ῥερπίδα, ᾧ τὸ πῦρ ἐκκαίουσι. Ῥερπίδα autem prave pro ῥειπίδα, i. e. ῥιπίδα. Infra in Ῥίπιρ. Ἀττικοὶ δὲ ῥιπίδα, ᾧ τὸ πῦρ καίουσι. Leg. ἐκκαίουσι. Larga eius generis emendationum seges in Hesychio, Suída aliisque scriptoribus superest, quam commodiori occasioni reservare malim. Plura alia quoque in promtu sunt, in quibus permiscendis aut depravandis, veluti de compacto, conspirarint librarii; et quae vel harum in Moeride variantium lectionum ope integritati restitui possent. Verum ea non sunt huius loci. E dictis satis liquere opinor, hanc in excerpendis lectionum varietatibus et librariorum peccatis demonstrandis curam non esse plane contemnendam. Ac praeiverunt nobis hac in parte homines, qui hoc seculo floruerunt aut etiamnum vigent, eruditissimi. Aliorum, qui has tantum esurientium Criticorum dapes esse atque delicias clamitant, et longe pulcherrimum, quod ipsis natura invidit, recte iudicandi donum stolide despiciunt, voculas dudum contemnere didici. Hos tamen, ut ne prius in Criticorum lucubrationes, vel meas adeo in Moeridem animadversiones oculos coniiciant, quam cum Musis et bona mente in gratiam redierint, rogatos

velim. Verum pauci tam irato genio nati sunt, aut omnem humanitatis sensum adeo exuerunt. Sed me reprimo.

Plurimos homines doctos e scriptis Moeridis Codicibus multa protulisse, saepe cum insigni quadam varietate, supra monui. Itaque utile visum est, suis locis, quas singuli glossas vel laudaverint vel respexerint, indicare. Non dubito tamen, quin hac in parte nonnulla diligentiam meam effugerint aut veluti in angulis, ubi minime quaerenda esse suspicabar, etiamnum lateant. Pleraque certe a me investigata existimem. Si quid neglexerim, praesertim unde nova lux Grammatico affulgere possit, quicunque indicaverit, me sibi beneficio obstringet.

Ut autem rectius de vera scriptura iudicaretur, illud mihi praecipue agendum esse existimavi, ut veterum Atticorum loca, ad quae Moeridis glossae referendae sint, aut quae saltem respicere potuerit, indagarem; similibus et aliorum exemplis, et Grammaticorum observatis illustrarem; atque ita non Moeridem tantum, sed et quosvis scriptores Graecos, maxime Atticos, nova luce perfunderem.

Hinc natae sunt Animadversiones meae, in quibus nihil fere, nisi quod nimis tritum videretur, silentio praeterii; pleraque, quamquam non pauca a doctis Thomae M. Interpretibus occupata erant, novorum exemplorum vi illuminare, et plurima prisci aevi monumenta vel a pravis aliorum explicationibus et correctionibus vindicare, vel etiam non infeliciter fortasse (praefiscine dixerim) emendare studui. Ipsa veterum loca paullo copiosius adscripsi: quod eam rationem ad adolescentes Graecae linguae studiosos, qui exemplarium Graecorum copia plerumque destituuntur, harum litterarum amore inflammandos utilissimam iudicarem. Recordabar enim, me adolescentulum legendis Valckenaerii aliorumque animadversionibus singulari veterum testimoniorum, quae ibi paullo plenius essent allata, suavitate captum iam tum incredibili ipsos illos scriptores evolvendi desiderio flagrasse. Graeca tamen Latine non verti, praeterquam difficiliora: ita enim libri moles, vel sic iusto maior, nimis excrevisset. Habent tirones, in quo industriam suam exerceant.

Eruditis autem ut alia etiam dote liber placeret, occasione invitante latius evagari, linguae Graecae divitias quodam modo augere et male affectis veterum Graecorum scriptis medicinam adhibere, atque hoc condimento taedium Grammaticum minuere visum est. Feci hic, quod saepe peregrinatores faciunt, qui locorum amoenitate illecti pedem proferunt et ab itinere primum sibi proposito paullum deflectentes in vicinas aliquando regiones excurrunt. Verum, ut eo tandem deveniam, quod supra consulto praetermisi, multum a recepto hodie in Grammaticos Atticistas commentandi more discessi et plane diversum a plerisque hominibus eruditis tenui institutum. Nimirum hi prolatis e scriptoribus non solum Atticis, sed et aliis, ut inferius demonstrabitur, vocabulorum, quae Grammatici Ἑλληνικὰ sive κοινὰ appellant, exemplis Grammaticos turpissimorum errorum et summae inscitiae cum pari negligentia coniunctae convincere conantur: nec hoc tantum: sed et omni ipsos contumelia vexant; quos nihil hoc in litterarum genere vidisse, Hypsea caeciores, quin bardos, pecudes, stipites fuisse clamant. Quam adeo insignem iniuriam ut pro viribus repellerem, Grammaticorum, inprimis Atticistarum, atque adeo Moeridis mei caussam paene abiectam ac desperatam passim in notis suscepi; hoc autem loco de recto Grammaticorum Atticistarum usu paullo plenius disputare constitui. Quod ipsis viris doctis et peritis harum rerum iudicibus non ingratum fore; tironibus autem litterarum Graecarum amantibus utile et ad viam, qua ad Grammaticos accedere debeant, muniendam necessarium esse censeo. Quodsi enim adeo stolidi et insulsi fuerint isti Grammatici; si tot tam ridiculos commiserint errores; si nil, nisi meras nugas, affanias ineptiasque conscribillarint; si malo denique animo et foeda allatrandi libidine optimum quemque Graecorum et, quod maximum scelus est, sacros etiam scriptores invaserint, et pestilens virus suum in eos effuderint (haec enim et similia cum alibi tum in quorundam notis ad Thomam reperias): profecto haud sunt digni, qui e tenebris in lucem proferantur et legantur; multo minus, qui eruditorum commentariis illustrentur aut refellantur. Equidem, quamquam Grammaticos homines fuisse scio et communi errandi sorti

obnoxios: nec enim adeo ineptus eorum sum admirator: tamen nullo modo eos meruisse tanta acerbitate increpari, tam indignis modis haberi, tot conviciis lacerari contendo. Imo certum habeo, ad veterum Graecorum, Atticorum inprimis, intellectum sine Grammaticorum ope atque auxilio vix ac ne vix quidem posse perveniri. Verum ordine agendum est, breviter tamen, ne in ipso limine nimis diu haereamus.

Dialectos linguae Graecae praecipuas tres fuisse, Atticam, Ionicam, Doricam (Aeolica enim, quae ab aliis additur, ad Doricam veluti stirpem et matrem suam referenda est), omnibus, qui vel primis labiis has litteras degustarunt, notissimum est. Quae a Stephano, Mattairio aliisque hanc in rem prolata sunt, repetere haud libet.

Ceterae fere Dialecti intra regionum suarum terminos constiterunt; et si ad Atticorum multitudinem compares, qui Dialecto Dorica, Ionica, Aeolica ingenii monumenta conscripta reliquerint, paucissimos fuisse reperias.

Solae omnium doctrinarum atque artium inventrices Athenae linguae suae fines veluti latius propagarunt et foecundo omnis generis scriptorum proventu, et temporis diuturnitate maxime floruerunt. Verum, quemadmodum aliarum omnium linguarum, ita etiam Atticae, imo universae linguae Graecae quaedam aetates fuerunt. Multa apud veteres Graecos Atticosque in honore fuerunt vocabula, quae postea ex usu cecidere ac deinceps apud recentiores renata sunt.

Dialectus Attica a veteribus Grammaticis distinguitur in veterem et novam. Vetere usi sunt Thucydides, Tragici et nonnulli priscae Comoediae poëtae. His successerunt mediae Comoediae poëtae, quibus propria vocabula multis in locis recenset Pollux. Vid. lib. I. 232. 233. lib. II. 197. lib. VII. 17. 69. 71. 162. etc. Hi aliquando *μέσοι* dicti sunt. Vid. not. ad Moeridem v. *Χόλικας*. Nova Dialecto Attica scripsere Plato, Xenophon, Oratores, Menander aliique Comici, quique Atticos imitando expresserunt recentiores Sophistae. Sed de duplici Dialecto Attica aliquando, si benignissimum Numen vitam et maius otium dederit, pluribus agere constitui. Haec verbo praemittenda erant, in sequentibus usui futura.

Reliquis Dialectis vulgo addi solet ἡ κοινὴ διάλεκτος (v. Schol. Aristoph. Plut. v. 40.), quae alias Ἑλληνικὴ appellatur. Saepissime etiam apud Grammaticos τοὺς κοινοὺς et κοινῶς reperias: de quibus quid statuendum sit, paucis aperiam. Per vocabula κοινὰ intelligenda sunt vocabula, quae omnibus Graecis essent communia. Ita e. g. ἄθλιος Atticum est, ἀτυχὴς eodem sensu Atticis et ceteris Graecis κόινον, commune. Ἐξίλλειν Atticum, ἐξείργειν et ἐκβάλλειν κοινά, Atticis cum vulgo Graecorum communia. Conf. ad Moerin p. 388. 389. Quaedam vocabula κοινῶς, communiter, eadem significatione usurpabantur a Graecis et Atticis; v. c. διαλέγεσθαι communiter, κοινῶς significat *colloqui*; verum praeterea significatum Atticis proprium habet in *re Venerea*. Sic χαρίζεσθαι Etymologo p. 807. l. 20. κοινῶς μὲν, ὡς οἱ πολλοί. ἰδίως δὲ καὶ ὡς (f. Ἀττικῶς) ὑπὸ ἀφροδισίων. ἢ ὑπὸ τοῦ ἐν λόγῳ ὑποκατακλίνεσθαι. Nihil disertius Athenaei verbis lib. II. p. 52. κάρυα. οἱ Ἀττικοὶ καὶ οἱ ἄλλοι συγγραφεῖς κοινῶς πάντα τὰ ἀκρόδρυα κάρυα λέγουσι. Multa similia afferre facile foret. Haec qui secum reputaverit, non mirabitur, multa apud scriptores Atticos reperiri vocabula, quae Grammatici κοινὰ sive Ἑλληνικὰ appellant. Dialecti Graecae longe plurimas habuere voces κοινάς, omnibus communes, paucas, si ad harum κοινῶν multitudinem compares, sibi singulis tantum proprias, vel forma, vel significatione a communi usu recedentes. Per τοὺς κοινοὺς itaque intelligo, qui Atticarum elegantiarum minus studiosi vocabulis formisque vocabulorum communiter receptis communi significatione utebantur. Ita τοῖς Ἀττικοῖς opponuntur apud Suidam in Ἀθάρη. κλίνεται δὲ παρὰ μὲν τοῖς Ἀττικοῖς διὰ τοῦ η̄ ἀθάρης· οἱ δὲ κοινοὶ διὰ τοῦ ᾱ ἀθάρας, et alibi saepe. Similiter οἱ Ἕλληνες scriptores sunt, qui Ἑλληνικῶς, Graece, scripsere, nullis aut paucis vocabulis formisve vocabulorum, certae cuidam Dialecto propriis, usurpatis. Multum enim falluntur, qui per τοὺς Ἕλληνας scriptores rudes ac paene barbaros, per vocabula autem Ἑλληνικὰ barbara et non nisi infimae Graecorum plebi usitata intelligenda existimant. Solet enim ὁ Ἑλληνισμὸς a vetustis Grammaticis Barbarismo opponi. V. Auctor

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Moeris itaque voces Atticas et formas verborum Atticas in Platonis, Thucydidis, Xenophontis aliorumque veterum scriptis, praecipue tamen apud Aristophanem obvias, per communes interpretatus est: res vero et ritus sive antiquitates Atticorum rarissime attigit, praeterquam in *Γεννηταὶ*, ubi diserte addit: *καὶ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ ὄνομα* Atticum esse.

Singulis autem paene vocabulis addidit *Ἀττικῶς* et *Ἑλληνικῶς*, sive *κοινῶς*, ut e. g. *ἄνθην*, *Ἀττικῶς. ἄνθησιν*, *Ἑλληνικῶς.* quae alii Grammatici simpliciter sic posuerunt: *ἄνθην*, *ἄνθησιν.* Nonnunquam tamen ab hoc more recessit et ceterorum Grammaticorum exemplo vocabula Attica simpliciter per *κοινά* explicuit: ut *Κατιτήριον, τὸν τοῦ νεκροῦ ὄβολον. Μητρυιόν, τὸν πατρυιόν.* v. *Ἐπίκληρος. Εἰκοστολόγον.* cet. vel addito *Ἀττικῶς*, ut *Συρμαίαν, Ἀττικῶς, τὰ λεπτὰ λάχανα.* vel in fine, ut *Φθόην, τὴν φθίσιν, Ἀττικῶς. Φοιτητήν, τὸν μαθητήν, Ἀττικῶς.* etc. in quibus observari meretur usus articuli ὁ, ἡ, τό, quem Grammatici non glossis, sed earum interpretamentis solent addere; ad quod homines eruditi saepe non attenderunt. Exemplo sit Suidae interpres in *Ἀμαξουργοί*, qui *ἁμαξουργοὺς λέγουσι τοὺς ἀγριοπήγους* ita vertit: *Ἀμαξούργους Attici vocabant ἀγριοπήγους.* Perperam. Qui enim vulgo *ἀγριοπῆγοι* dicebantur, hos Attici et Aristophanes Equit. v. 462. *ἁμαξούργους* appellarunt. Hanc ob causam in Polluce lib. VI. 55. pro *τὰ μέντοι θνησείδια κρέα καὶ νενέβρια ἐκάλουν.* delendum *καὶ* cum MSS., *carnes morticinas dicebant νενέβρια.* Sic in Hesychio pro *Κορυπτόληπτον, κερατιστήν,* reposuimus *Κορυπτόλην, τὸν κερατιστήν.* Plura non addam, postquam Athenaei locum protulero e lib. XI. p. 494. F. *Ὄνυξ. Πάμφιλος ἐν Ἀττικαῖς Λέξεσι τὸ ξύλινον ποτήριον ἀποδίδωσι.* Aliquoties etiam Moeris adhibuit usitatam Grammaticis loquendi formulam *ἀντὶ τοῦ*, v. c. *Ἐξαληλιμμένον, ἀντὶ τοῦ κεχρισμένον, ὡς Θουκυδίδης.* Conf. *Ζώσαντες. Ἱλιγγιᾷν. Κῆχος. Κόψυχος. Πλέω. Συγγενήσεσιν. Ὡσαύτως. Χολὴν, ἀντὶ τοῦ μανίαν, Ἀττικῶς.*

Ex his iam satis constat, Moerin pleraque illa vocabula, quae *Ἑλληνικὰ* appellantur, non improbasse, nec negasse, illa unquam ab Atticis fuisse usurpata. Qua in opinione cum multi homines docti versentur, exemplis harum vocum e

scriptoribus Atticis afferendis nihil aliud efficiunt, quam quod nec ipse Moeris, nec ceteri Grammatici Atticistae negaverint, Atticos etiam vocibus *κοιναῖς*, *Ἑλληνικαῖς*, communibus fuisse usos. Ipsae autem glossae Atticae et Grammaticorum observationes, quae veterum scriptorum locis illustrandis admoveri debuissent, ab iisdem viris eruditis paene sunt neglectae.

Sed Moeridis, Aelii Dionysii ceterorumque Grammaticorum, qui idem institutum tenuerint, observationes in quasdam veluti classes distribuendae sunt.

Ac primo quidem voces rariores, sive glossematicas ab hoc vel illo veterum Atticorum usurpatas, quae sua aetate iam in desuetudinem abiissent, per *Ἑλληνικὰς* suo tempore receptas explicuerunt. E multis pauculas afferam: *Ἀδάξασθαι, ἀδαγμός. Ἀναῤῥιχᾶσθαι. Βρενθύεσθαι. Ἐρεσχηλεῖν. Ἐπίσιον. Κάχρυς. Σεισάχθεια. Σκορδινᾶσθαι. Σκιμαλίσαι. Ὡρακιᾶν. Κάχρυς*, inquit Moeris, *Ἀττικῶς. κριθαὶ πεφρυγμέναι, Ἑλληνικῶς.* Similiter alii Grammatici interpretantur. Legitur quidem apud Thucydid. lib. VI. cap. 22. p. 393. *κριθαὶ πεφρυγμέναι*, et potuit gravissimus scriptor vocibus communibus uti. Longe tamen probabilius, illas e Scholiastae cuiusdam nota in textum irrepsisse et Atticum *κάχρυς* reponi debere. Incredibili enim licentia librarii in veterum scriptis hac in parte grassati ubique fere glossas substitutis earum interpretamentis obliterarunt. Grammaticorum igitur ope voces istae glossematicae infinitis locis et possunt revocari et debent. Verum illud nunc non ago. Nec negaverim, pleraque illa verba vel nomina, quibus Grammatici ad rariora et glossematica interpretanda utuntur, apud scriptores Atticos reperiri. Sed qui haec anxie conquirunt ad Grammaticos refellendos, istos opera sua mirifice abuti contendo. Sunt enim haec Atticis cum ceteris Graecis communia; illa, quae supra posui, solis Atticis, aut si qui eorum elegantias exprimere studuerint, propria.

Rariores voces et quae inter *ἅπαξ* aut certe *σπανίως εἰρημένας* referantur, ceterorum Grammaticorum more Moeris veterum auctoritate munivit. Sic e. g. *Ἀναχὲς ὀξυτόνως, Ἀττικῶς. καὶ Εὔπολις Αἰξίν. ἀθεράπευτον, Ἑλληνικῶς.* Huius generis multae observationes e veteribus Atticistis in Suidae farragine dispersae reperiuntur, quas si quis cum cura in unum

τικῇ ἀδείᾳ illas usurpasse certissimum est. V. Schol. Sophoclis ad Ai. v. 540. Ceteri scriptores Attici quoque ab his formis communibus plane abstinuisse non videntur. V. not. ad Herodian. p. 439. Verum eadem de librariorum socordia, dicam, an temeritate querela hoc etiam loco repetenda est. Hic sibi tantum indulserunt homines rudes et inficeti, ut, quid auctor scriptum reliquerit, plane ignores. Itaque frustra Viri eruditi haec et similia Grammaticis opponunt. Sed, quod minus ferendum est, e quibusvis etiam poëtis, ex tragicorum Atticorum choris plerisque Dorica Dialecto scriptis, e vulgaribus scriptoribus, Dionysio Halic., Josepho, Philone Judaeo, Plutarcho, Diogene Laërtio, qui assidua veterum lectione multa quidem vocabula Attica ceteris admiscuerunt, sed qui minime pro Atticismi regula habendi sunt, et aliis, Patribus etiam Ecclesiasticis, exempla proferendo Grammaticis grandem erroris dicam impingunt. Saepe etiam Atticos veteres a recentioribus non distinguunt. Ἄῤῥην, θάῤῥος, μυῤῥίνη pro ἄρσην, θάρσος, μυρσίνη Attica, posterioris nempe Atticismi sunt. Ἄρσην, θάρσος, μυρσίνη veteri Dialecto Atticae et vulgo Graecorum communia. Apud Tragicos et Thucydidem non per ρρ, sed per ρσ scripta leguntur, praeterquam páucis locis, ubi librarii recentioris Atticismi formam veteri substituére. Qui itaque e Tragicorum locis, in quibus haec per ρσ scribuntur, Grammaticos inscitiae convincere conantur, videant, ne ipsi maioris imperitiae convincantur.

Veteres Attici multa verba primitiva frequentarunt (quo enim quis antiquior, eo plura simplicia et primas linguae origines referentia vocabula usurpavit), ut δεῖν, ἀλεῖν, θέρεσθαι, κνεῖν, νεῖν cet. Derivata δεσμεύειν, ἀλήθειν, θερμαίνεσθαι, κνήθειν, νήθειν apud Atticos recentiores non raro occurrunt, a ceteris etiam Graecis recepta. His qui uti velit ad Mastros refellendos, multum errabit. Sed plura singulatim proferre necesse non videtur.

Illud tamen praetermittendum non est, quaedam vocabula, quae apud recentiores Graecos ἐν τῇ συνηθείᾳ in honore essent, sed apud veterum neminem reperirentur, annotasse Moeridem. Ἀποκήρυκτον, Ἀττικῶς. ἀπόῤῥητον, Ἑλληνικῶς. παρ' οὐδενὶ τῶν παλαιῶν. Ἀμοιβὴν οὐδεὶς τῶν Ἀττι-

κῶν ῥητόρων. χάριν γὰρ λέγουσι τὴν ἀμοιβήν. ἀμύναν δὲ οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν λέγει. Εὐκαιρεῖτε, οὐδεὶς εἴρηκε τῶν παλαιῶν. Ἕλληνες δέ. Conf. Εὐκταῖον, Εὔμορφον, Λυσιτέλειαν, Πάντοτε, Τελευταῖον, Φθορέα. Eadem ratione Aelius Dionysius, Pollux, Phrynichus aliique loquuntur, plerumque verissime: quin tamen hac in parte nonnunquam humani aliquid passi sint, non repugnem. Sed haec ceteris eorum meritis condonanda. Ea, quae Moeris a se reperta negat, non facile apud veterum quempiam inventum iri affirmo.

Ex iis, quae disputavi, satis, ni fallor, de Moeridis instituto iudicari potest; et simul apparet, ad verum Dialecti Atticae et scriptorum Atticorum intellectum multa hinc posse hauriri; adeoque merito hunc libellum a Cel. Valckenaerio ad Eurip. Phoen. p. 480. appellari utilissimum.

De ceteris verbo absolvam. Pollucis Atticistarum, qui supersunt, facile principis institutum a reliquis paullo fuit diversum. Linguae nempe Atticae, sua aetate prope intermortuae, vocabula per quasdam classes sive locos communes digesta exhibens veluti in horreum, e quo Atticarum elegantiarum, imo et quarumvis artium ac disciplinarum studiosi suos in usus repetant, congessit; in rarioribus veterum testimonia adscripsit; non pauca etiam ἰδιωτικά, ἐπαχθῆ, μοχθηρά, εὐτελῆ, σκληρά, βάρβαρα, ποιητικώτερα reiecit, propterea quidem a Camerario reprehensus, sed cuius censuram praeclare refellit Magnus Hemsterhusius Praef. p. 41.

Ammonii causam contra acerbam et iniustam H. Stephani criminationem cum egregie tuitus sit Cel. Valckenaerius Praef. p. 22. et seqq. nobis hac in parte otium fecit.

Phrynichum, quem passim eruditi paene omnes vitio creatum censorem appellant et indignissimis modis lacerant, ab invidia, qua immerito premitur, liberare annitar. Diversam hic a Moeride aliisque rationem tenuit; non enim voces Atticas explicuit, sed in Corneliani Atticae puritatis studiosissimi gratiam voces minus probatas, sua aetate increbrescentes, ἐπιπολαζούσας, praeter aut contra antiquorum morem usurpatas, collegit. Ac primo quidem recentiores Graecos reprehendit, qui ὁ ῥώξ dicebant pro ἡ ῥάξ (v. p. 26.). γλωσ-

p. 867. ubi *διαπρέψαι* pro *διατρίψαι*. Sed transitivae significationis pro *decoro, orno*, *καλλωπίζω*, praeter illud Platonis nullum reperitur exemplum. Hic quidem iure Thomas poterat a Trillero vapulare. Non ignoro, neutra quaedam interdum transitive usurpari, sed *διαπρέπειν* his annumerandum esse non facile mihi persuaderi patiar. Platonis locus est Gorg. p. 331. E. [p. 485. E. St.] *ὅτι ἀμελεῖς, ὦ Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει διαπρέπεις μορφώματι*. quo in loco philosophorum summus Euripidae dictum *παρφδιάζει*, quod conservavit Philostratus V. A. lib. IV. cap. 21. *κόρυν μὲν οὐδεμίαν φέρων, γυναικομίμῳ δὲ μορφώματι, κατὰ τὸν Εὐριπίδην αἰσχρῶς διαπρέπων*. ubi Olearius male *φέρειν* et *διαπρέπειν* in textum invexit et ad Eurip. Bacchas v. 853. 978. respici putat. Illustris Grotius in Exc. e Trag. et Com. p. 373. dedit:

— *ψυχῆς ὧδε γενναίαν φύσιν*
Γυναικομίμῳ διατρέπεις μορφώματι.

et ita interpretatur:

— *animi sicne generosi indolem*
In morem et habitum mulierum emasculas.

Sed *διατρέπειν* omnino vitio laborat, cui et Plato et Philostratus adversantur, et similis Sophoclis locus apud Clement. Alexandr. Paed. lib. III. p. 286. *ἁβροδίαιτον δὲ νεανίαν ὁ Σοφοκλῆς λέγει· Γυναικομίμοις ἐμπρεπεῖς ἐσθήμασιν*. Pessime interpres: *Quae feminarum sunt amictae vestibus*. Accentu mutato lege *ἐμπρέπεις* vel *ἐμπρεπής*, *femineo amictu decorus*. Erravit Thomas, cum in aeque vitiosos, ac nos hodie versamus, Platonis Codices incidisset, e quibus vox quaepiam librariorum incuria periit: quod e Libanio Op. T. II. p. 494. C. pro saltatoribus liquide apparet: *εἰ μὲν ὅσα γυναικείου σχήματος, ταῦτα ἡ ὄρχησις ἀπολαβοῦσα, καὶ τὰ τοῖς ἀνδράσι προσήκοντα φυγοῦσα καθάπαξ, ἐπὶ τοῦτο ἐποιεῖτο τὴν διατριβήν, καὶ τοῦτο ἦν ἡ τέχνη, γυναικῶν μίμησις, οὐδ' οὕτως μὲν ἂν διέφθειρε γενναίαν φύσιν*. Vides Sophistam in ultimis Platonis locum respicere, in quo vel *φθείρεις* vel *διαφθείρεις* reponendum est, et *διαπρεπής*. Euripidae autem versus sic constituendi:

Φθείρεις δὲ ψυχῆς ὧδε γενναίαν φύσιν
Γυναικομίμῳ διαπρεπὴς μορφώματι,

vel *διαπρέπων*, quod pluribus nunc non licet confirmare. Ad Thomae quippe caussam revertendum est et atrocissimum impietatis crimen ab illo repellendum. Ut enim reliquas Trilleri criminationes, iniquissimas illas, quibus supra iam satis responsum est, omittam, facere non possum, quin addam, Thomam impietatis, ac si malo animo voces sacris scriptoribus usitatas damnasset et venenum suum in eos evomuisset, nullo iure accusari. Aliquoties *τὴν θείαν γραφὴν* citat Thomas et singularem vocum usum indicat, sed nuspiam reprehendit. Plurimas quidem voces et loquendi formulas, quibus S. Scriptores usi sunt, minus Atticas, a quibus Attice loqui et scribere cupientibus cavendum sit, annotavit; sed quas praeter S. Scriptores alii etiam bene multi usurparunt, qui aut eodem fere tempore, aut deinceps Graece scripsere. Cur igitur Trillerus tantas tragoedias excitat? Cur innocenti Grammatico foedissimam maculam inurit? Sacri Scriptores sapienter usi sunt vocabulis et loquendi formulis aetate sua receptis et piae Christianorum plebi cognitis. Qui si Atticorum veterum lingua scripsissent, quotusquisque Graecorum eos intellexisset? Nollem itaque, viros eruditos, qui sacros N. F. libros observationibus philologicis illustrarunt, toties tam cupide Magistros Atticistas sibi sumsisse refellendos; et omnia adeo, quae in S. litteris occurrant, pro *Ἀττικωτάτοις* venditasse. Recte quidem illi Dionysii Halic., Iosephi, Plutarchi aliorumque, qui S. scriptoribus proximi aetate fuerunt, sermonem cum N. F. comparant: verum illos scriptoribus Atticis annumerandos non esse supra iam diximus. Aliam viam nuper ingressus est Wetstenius: qui, quum sibi persuasisset, S. Scriptores *ἰδιωτικῶς*, barbare, et omnium pessime scripsisse, Grammaticorum observatis frequenter mirifice abusus est, multa Moeridis quoque loca plane *ἀπροσδιονύσως* attulit; quales ipsius errores nonnullos in notis castigavimus (v. p. 33. 145. 276. 314. 414.), longe plures notare negleximus; sed quos nimiae potius festinationi, qua Vir doctissimus, iam tum instantis fati praesagus, materiam, quam multorum annorum labore college-

***

rat, indigestam proferre, quam tenebris relinquere maluit, tribuendos et condonandos existimamus.

Haec de recto Atticistarum usu solo veritatis amore ductus libere disserui. Si quid paullo acrius dictum exciderit, iusta causa et indignatio invito expressit.

Moeridi Gregorium Martinum de veteri et vera Graecarum litterarum pronunciatione comitem dederat Hudsonus. Nos eius loco duo HERODIANI, clari inprimis Grammatici, opuscula addidimus, prius antea ineditum, posterius e MSS. nunc longe emendatius atque auctius. Prius opusculum in Codice Regio 2552. e quo in Ruhnkenii, qui mihi postea concessit, gratiam descripserat Eruditissimus Capperonnierius, appellatur *Αἰλίου Ἡρωδιανοῦ Φιλέταιρος*. Aelii quidem praenomen in libris editis, quod sciam, nuspiam Herodiano tribuitur; verum legitur etiam in MSS. qui sunt in Bibliotheca Divi Marci Venetiis. V. Catal. p. 275. 276. Nec causam video, cur alicui suspectum esse debeat; cum multi Sophistae et Grammatici idem praenomen habuerint, ut Aelius Dionysius, Aelius Aristides, Aelius Harpocration, Aelius Asclepiades, Aelius Theo Alexandrinus, alii: de quibus cum Virum eruditissimum eundemque socerum honoratissimum, Henr. Cannegieterum consuluissem, ita respondit: „Sophistae illi „Graeci homines, quos dicis, Aristides, Asclepiades, Dionysius, Harpocration, Theo Alexandrinus, nomen Aelii, ut „puto, acceperunt ab Imperatore Aelio, de quo iure Peregrinorum ferendi nomina Romana dixi nuper in de mutata „Romanorum nominùm sub Principibus ratione cap. VI. Imperatores autem et Caesares ius Aelii nominis habuerunt „omnes inde a T. Aelio Hadriano usque ad Pertinacem per „adoptionem, qua cum Hadriano fuerunt coniuncti. Praecipui tamen inter omnes Aelii nomine censentur Hadrianus et „L. Aelius Caesar, et huius filius iisdem nominibus dictus a „nonnullis, at vero in nummis L. Aurelius vocatus, de cuius „nominibus multa Capitolinus in Vero Imperatore cap. I. Ad „Aeliorum ergo Imperatorum aetatem referendi sunt illi Aelii „Sophistae, aut si quis serior, eius parenti civitas data existimanda est ab Aelio Imperatore. Prae ceteris autem peregrinis facile Sophistas civitatem adeptos esse credibile est,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access

$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Contulerant hunc libellum cum MS. Regio Sallierius et Stoeberus, notas quoque nonnullas adiecerat Sallierius: quae omnia a Stoebero ad Ruhnkenium missa eius humanitate ad me pervenerunt. Postea Cl. Ruhnkenius hunc libellum cum MS. Regio 2662. quem viri eruditi non inspexerant, comparavit. Horum MStorum ope fragmentum hoc multis locis emaculatum et tertia fere parte auctum prodit. Nunnesii, Hoeschelii et Pauwii notas, cum Pauwii editio in omnium manibus versetur, omisimus, Sallieri nostrisque animadversionibus adiectis. Hactenus de Herodiano.

Adieci operi sex Indices necessarios; primum Auctorum a Moeride citatorum: secundum eorum, qui ab Herodiano laudantur: tertium omnium fere vocum tum Atticarum, tum Ἑλληνικῶν, quae in Moeride occurrunt: quartum vocabulorum ab Herodiano explicitorum: quintum auctorum in notis illustratorum, explicitorum, emendatorum: sextum denique rerum et verborum, quae in notis explicantur.

Atque ita omnem meam in Moeride et Herodiano adornandis rationem declaravi: quam si eruditis probavero, satis magnum molesti laboris praemium mihi retulisse videbor.

JOANNIS HUDSONI
PRAEFATIO.

CLARISSIMO VIRO
GEORGIO HARBINIO
S. P.

Remitto Tibi, Vir egregie, Atticistam tuum, quem superiori anno mihi attulit amicus tuus, Vir doctus pariter ac nobilis: teque oro atque obtestor, ut longo post intervallo reducem benigne excipias; tantum licet ab illo, quem mihi utendum perhumaniter dedisti, mutatum, ut iam pro tuo vix posses agnoscere. Nam cum in Apographo tuo, quod ex Cl. I. Pricaei schedis descriptum esse mihi retulisti, voces quidem singulas iuxta Alphabeti, ut aiunt, elementa collocatas invenerim, minus tamen accurate istis in literis, quae primam cuiusque vocabuli literam insequuntur; mihi libellum hunc edere paranti optimum visum est, dictiones ea methodo disponere, qua Lectores quaerendi labore aliquantulum levarem: etsi noverim, fore nonnullos, qui hoc meum institutum non leviter reprehendent. Quicquid tamen isti (censores morosi) hac de re sentiant, fidenter affirmo, paceque illorum dicam, culpam hanc leviculam (si qua sit, immutare verborum ordinem, ubi non alia ex aliis nexa sunt et inter se colligata) commodis, uno aut altero, satis magnis compensari. Praeterea, quum in eodem illo Exemplari permulta essent, quod tu minime ignoras, scribarum incuria et inscitia valde depravata, plurima etiam mutila et detruncata, atque nonnulla suo loco dimota, operam dedi ut vitiosa corrigerem et luxata ac lacunis hiantia suo quaeque ordini ac integritati restituerem. Qua in re, ut in universo opere perpoliendo, quantum praestite-

rim, tui aliorumque tui similium esto iudicium. Omnia me sanasse et emendasse non profiteor, nonnulla tamen, nec infeliciter, prae me fero; neque hoc arroganter dictum existimabit, aut mihi gloriolam istam invidebit aequus rerum aestimator. Verum, de rei tantillae eventu parum solicitus, te prolixa rationum ambage, dum tibi satis iustam excusationem afferam, non morabor. Necesse tamen habeo hoc te admonere; quod ubicunque coniecturas meas, ad corrupta emendanda aut ad supplendum quod excidisse suspicatus sum, in textum recepi, Codicis MS. verba fideliter ad imum paginae subiecerim et interpolationes, ne lectori quid fraudi esset, uncis inclusas dederim: quod abs te, si paulo difficilior esses, probatum iri, mihimet persuadeo; ut et illud etiam, quod, quum in aliquibus mihi ipsi non satisfecerim, novas de locis male affectis cogitationes post *Λέξεων Ἑλληνικῶν* et Auctorum indices comparere voluerim. Iam ad Atticistae nostri aetatem quod attinet (nam de ea forsan aliquid scire desideres), unicum hoc certis auctoribus comperio, quod Photium tempore antecesserit et Phrynicho fuerit recentior: nam hunc laudat et ab illo laudatur: quorum alter sub Antonino et Commodo impp. floruit, alter nono demum saeculo infula insignitus est. Laxum, inquies, spatium. Certius tamen aliquid magisve definitum proferre non datur. Adeo enim, ob scriptorum veterum penuriam in obscuro est illius notitia, ut vel de nomine eius inter eruditos parum conveniat: quorum aliis cum MS. nostro Eumoerides est, aliis vero Moeris ex Photio. Postremam hanc appellationem eo libentius amplexus sum, quod pro ea faciat virorum maximorum auctoritas, Usserii scilicet, Salmasii, Du-Cangii et Menagii; qui non solum libellum hunc oculis usurparunt, sed et ad literas augendas illustrandasque ex eo nonnulla protulerunt. Atque hactenus de Moeride; cui, ut Enchiridii saltem mensuram quadantenus impleret, adiungere primum decreveram *Ἐκλογὰς λέξεων*, quarum copiam uberrimam nostrae suppeditant Bibliothecae. Sed quum eas in plerisque cum Hesychio, Suida et Etymologico magno consentire deprehenderim; iisque conferendis digerendisque plus temporis exigeretur, quam mihi ex gravioribus negotiis superaret, illis, quibus otium est cum dignitate,

provinciam hanc intactam et illibatam relinquo. Ne tamen sine comite in lucem conspectumque omnium prodiret Moeris, opportune se mihi obtulit Gregorius Martinus *), quem nobis conservavit Cl. Seldeni Museum; cui sane, licet de argumento scripserit, quod multis abhinc annis eruditorum ingenia exercuit, non invitus tamen memet passus sum obstetricari: quod comptus sit et elegans, subtilis et acutus, et necessitudine quadam attigerit avum illustris istius Heroïs, cui pretii quantivis libros, statuas et marmora, Graeciae Latiique spolia, accepta debemus. Haec te volebam. Vale, V. O. et nobilissimo Vice-Comiti, cuius Bibliothecae praefecturam geris, eiusque familiae clarissimae, in qua semper verus honos et splendor virtutis enituit, fausta omnia mecum apprecare.

*) De quo vide sis Athenas Oxonienses Vol. I. p. 169.

CONSPECTUM
EDITIONIS
MOERIDIS ATTICISTAE
DE
VOCIBUS
ATTICIS ET HELLENICIS
SUO STUDIO DENUO ADORNANDAE, ADIECTA
CONIECTURARUM
IN EUNDEM LIBELLUM PARTICULA,
GRAECARUM LITTERARUM PERITIS
DIIUDICANDUM SISTIT
M. IULIUS CAROLUS SCHLAEGER
HANNOVERANUS.

In iis veterum monumentis, quae cum rei litterariae intertrimento paene irreparabili ad hanc usque hominum aetatem abdita delituere atque retrusa, numeranda utique venit minuscula quidem, at haud inelegans multique usus *vocum Atticarum atque Hellenicarum collectio*, quae sub *Moeridis Atticistae* nomine circumfertur. Hoc enim opusculum postquam diu multumque cum tineis erat conflictatum, superiore demum saeculo iuvante, ni fallor, *Joan. Pricaeo*, Anglo, quem apographum ex manuscripto Vindobonensi habuisse refert ὁ πάνυ *Joan. Albert. Fabricius Biblioth. Graec. Vol.* IV. pag. 519. temporis ereptum iniuriae, eruditis primi ordinis innotuit; ita vero, ut librarii descriptum manu in solis

museis fuerit tritum. Tandem ante annos non ita multos in diem lucemque publicam vindicavit scriptorem, meliori dignum sorte, *Joan. Hudsonus*, Protobibliothecarius quondam Bodleianus, cuius gloria, quam humanitate peritiaque Graeca sibi peperit, tum intercidet, quum ingenuis artibus nullus amplius inter mortales honos tribuetur. Prodit libellus tecto editoris nomine Oxoniae e Theatro Scheldoniano 1712. forma, quam vocant, octava maiori. Vid. *Acta Erud. Tom.* VI. *Supplem.* p. 49. Verum, ut libri, in Anglia qui excuduntur, in his terris aves esse consueverunt longe rarissimae; et, si forte fortuna huc migrant, multo redimendae argento: ita optimus ceteroquin *Hudsonus* hisce dapibus non nisi suos populares explevit. Hac de re factum, ut *Moeris vix nomine satis notus fuerit iis etiam, qui Graeca non contemnunt*; quemadmodum Cl. *Joan. Matth. Gesnerus*, nunquam mihi, nisi honoris caussa, nominandus, litteris ad me datis verissime iudicavit. Quae eruditorum ut levaretur inopia, litteris Graecis eruditissimi viri, *Ludolph. Kusterus*, *Carol. Andr. Dukerus* et *Sallierius*, natione Gallus, ad Moeridem, novis perpolitum curis, rursus pervulgandum animum appulerunt. Ast, ad conatum hunc, laudatissimum licet, haudquaquam tamen felix faustusque eventus respondit. Alios enim, quominus vocis exhiberent fidem, mors prohibuit: alii alias ob caussas consilium postea damnarunt suum. Vid. Cl. *Fabricius* l. c. et *Novell. Litterar. Lipsiens.* an. 1712. p. 179.

Spartam igitur hanc, hucusque derelictam, Fautorum amicorumque excitatus monitis mihi si sumo pro virili parte ornandam: non arbitror quicquam committere, quod vel ab artium flore, ab omnibus litterarum studiosis indies augenda, aut a meis studiis alienum, quae Graecis orientalibusque Musis excolendis dicata praecipue sunt atque consecrata. Nec fore quemquam eorum, qui suas curas omnes in salute huius studii defigunt, cui hoc meum consilium displiceat, fidenti animo mihi promitto: ego modo orbis litterati, quam de me concipiet, spem ita explevero, ut hoc munere, qua fieri decet accuratione, functus videar. Quod ut fiat atque ego cum litterarum emolumento in hoc labore verser, iuvabit eruditorum

prius mentem expiscari eosdemque ad symbola conferenda humanissime invitare. Id nempe cordatus quisque cognitum habet atque compertum, rei litterarum communis splendorem ad illum et dignitatis et perfectionis gradum, quo Graecorum Romanorumque aevo eminuit, iri evectum nunquam; nisi regiam illam viam, quam heroes illi sunt ingressi, rursus ingrediamur; ut non singuli ex suo arbitrio, aut insana scriptis inclarescendi libidine, sed ad optimorum iudicium scripta excudant sua. Quem in finem strictim edisseram, quibus instructus subsidiis operam hanc aggrediar; subiuncturus coniecturarum in Moeridem ἀποσπασμάτιον, et de notis addendis, quod cepi, consilium.

Ad prius quod attinet, inprimis honorificentissimis laudibus decorandi mihi sunt Summe Reverendi Celeberrimique *Joan. Christoph.* et *Joan. Christ. Wolfii*, huius urbis, quid? orbis eruditi decora atque ornamenta, quorum beneficia, inde a compluribus retro annis largissima manu in me collata, quoniam referre nequeo, aetatem devenerabor. Hi, quo complectuntur omnes mansuetiorum Musarum cultores amore, ac me affectu plusquam paterno, certiores de meo facti instituto non solum utendum mihi concesserunt *Photii lexicon* ἀνέκδοτον, sed etiam varias Moeridis lectiones mecum voluere communicatas, quas Vir Maxime Venerabilis, quum Lugduni Batavorum commoraretur, ex *Is. Vossii* codice ad libri oram annotaverat. Integrum conferre tunc temporis ipsi fuit visum supervacaneum, quod Vossianum illud MSS. maximam partem cum Hudsoniana legendi ratione congruere animadvertebat. Convenientiam ex eo fonte crediderim profluxisse, uterque codex quod ex supra laudati *Joan. Pricaei* schedis in Anglia asservatis descriptus. Sunt nihilo minus tamen aliqua, sed perpauca, in ea priorum litterarum collatione, in quibus Vossius ab Hudsono facit divortium; mihi profutura, ubi, quae promisi, licebit exsolvere.

Deinde ad subsidium vocavi magno cum fructu excerpta, quae Vener. *Bernh. de Montfaucon* ex codice dedit Coisliniano et inserta leguntur *Catalog. Biblioth. Coislin.* pag. 485 — 488. Id modo dolendum, virum, cuius summa

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

quod praefiscine nunc dixerim, prodituro. Suppeditarunt enim ea loca, quibus noster Atticista ad firmandos vocum usus atque significationes quandoque utitur, secundum optimas uniuscuiusque scriptoris editiones curate olim indicanda; et praeterea digito quasi indice monstrarunt verum, mea opinione, genuinumque legendi modum. Quo autem ingenii instructus acumine susceperim negotium illud, sicuti difficile, ita quoque periculosum, ut pateat; iuvabit nonnulla loca hic tentare, initio ab ipso libelli titulo ducto, qui talis est:

ΜΟΙΡΙΔΟΣ ΑΤΤΙΚΙΣΤΟΥ
ΛΕΞΕΙΣ
ΑΤΤΙΚΩΝ ΚΑΙ ΕΛΛΗΝΩΝ.

Moenis Labbeo Bibliothec. nov. manuscr. pag. 105. et *Maeris Steph. le Moine Var. Sacr.* T. II. pag. 479. appellatur opusculi auctor. Utrumque typorum errore vitiose expressum. Neque tamen libri veteres de vera lectione consentiunt. Alii *Μοίριδος*, alii *Εὐμοίριδος* nomen praeferunt. Posterius fuit in apographo Pricaeano (vid. *Colomesius Observ. Sacr.* p. 120.) et Spanhemiano (ad *Pluti* v. 12.); quod vero Cel. *Hudsonus Photii*, *Usserii*, *Salmasii*, *Du-Cangii*, *Menagii* aliorumque fretus auctoritate reiecit. Addere potuisset *Antonium Eparchum*, cuius codex Galliarum regi oblatus dono diserte legit *Μοίρις*. Quae quum ita sint, neque ego quicquam hic mutandum arbitror. Criticae vero audaciae mihi si esset satis, qui contra tot virorum, doctrinae amplissimae fama celebrium, niterer auctoritatem: auctorem huius opusculi futuro *Theatri Anonymorum Placciani* editori relinquerem belle coniiciendum. Interim de rebus in obscuritate ac dubitatione positis quum omnibus liceat animi sui cogitata aliorum exponere iudicio: mihi vitio versurum confido neminem, si modeste ac verecunde dicam, quid mihi rebus omnibus expensis venerit in mentem. Incerta est Moeridis, qua floruit, aetas. Exinde, quod *Phrynichus* in hoc nostro glossario excitatur testis; et quod ipsum laudat *Photius Biblioth.* cod. CLVII. colligitur, intra illud spatium, quod a II. ad XII. post. C. N. saeculum effluxit, libellum fuisse confectum. *Laxum*, inquis cum Hudsono, *spatium?* Non diffiteor. Sic quoque nomen

est in ambiguis, quippe nec Graecis, nec Latinis cognitum auribus. *Herodotus Euterp.* cap. 101. et alibi antiquissimi Aegyptiorum regis, *Moeris* dicti, iniicit mentionem. Hinc esset coniecturae capiendae locus, auctorem opusculi, natione Aegyptium, forsan Alexandriae aut natum, aut commoratum: id modo si possemus dare probatum evictumque, eo, quo Moeridem vixisse oportet, aevo, Aegyptiaca nomina adhuc fuisse in usu; quae abolita potius atque cum Graecis Romanisque commutata si asserimus, haec disputatio ad veritatem videtur propensior. Neque est, quod mihi obiiciatur *Moeris*, quem *Virgilius Eclog.* IX. canentem dicam, an flentem, inducit. Sive enim is Virgilii procurator fuerit, ut *Servius* observat, sive eiusdem parens, quod *Badius Ascensius* opinatur: fictum tamen est nomen atque a *moerore* deducendum; quod lacrumantem faciat poëta virum deperdita Menalcae rura. Hunc autem nodum expediemus, si opuscuii inscriptionem ita concipimus: *Μοῖρα λέξεων Ἀττικῶν καὶ Ἑλληνικῶν. Μοῖρα*, quod Tacticis *turmam* seu *cohortem militum*, mille viris constantem, denotat (vid. *Du-Cangius in Glossar.* Gr. f. 943.) apud *Homerum* passim et *Callimachum in fragmentis a Rich. Bentleio* collectis T. I. p. 323. edit. Ultraiect. pro cuiusvis rei legitur *parte*. Neuter vocis significatus ita comparatus est, quin apposite conveniat in naturam atque constitutionem huius libelli: qui neque omnes Atheniensibus proprias dictiones et loquendi formulas, neque earundem bene multas, sed partem tantummodo explanat interpretando; quod iis nequit esse obscurum, qui expensa libelli mole vel relatum legerunt apud *Xenophontem* de *Republ. Atheniens.* cap. 2' Atticos mista quadam ex omnibus, tum Graecis, tum barbaris, lingua copiosa usos; aut *Galenum τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς συγγραφεῦσι ὀνομάτων βίβλους μή, dictionum Atticarum libros XLVIII*, ut ipse *de libris propriis* testatur, norunt composuisse. Id quoque silentio praetereundum minime est, admissa hac emendatione nos rationem posse promere, qui factum, ut librorum antiquorum quidam in frontispicio habeant *Εὔμοιρις*. Recentioris scilicet aevi hominem, qui locupletare sategit libellum adiectis novis versibus, ut studium operamque creparet, inscripsisse glossarium: *Εὐμοιρία κ. τ. λ.*

portio bona; facile mihi persuadeo. Nam in illo Caesareae Bibliothecae MSS. quod praefert *Εὔμοιρις*, sunt articuli nonnulli, quos in aliis frustra quaesiveris. Tandem huius nostrae coniecturae caussam quodammodo tuetur, *Salmasius* quod habuit, exemplar, in quo titulus fuit: *Μοίρις Ἀττικιστὴς περὶ λέξεων Ἀττικῶν καὶ Ἑλλήνων.* Vid. *Exercitat. Plinian.* pag. 649. Quid enim librario oscitanti fuit facilius, quam *Μοῖρα λέξεων* refingere in *Μοίρις λέξεων*, inserta, ut omnia cohaereant, *περὶ*, particula? Et, ut commentum nova excludit mendacia, ita *Ἀττικιστοῦ* quoque assutum postea crediderim cognomen, ut auctorem linguae Atticae constaret fuisse studiosum. Verum enim vero, quibus haec coniectura implicata sit difficultatibus, quum pulchre intelligam: cave, B. L. alio eam quam problematis critici habeas loco; quod excutiendum propono, qui longo criticarum rerum usu edocti sunt atque exercitati.

Ἀεινάων, *Ἀττικῶς. ἀενναόν*, *Ἑλληνικῶς.* (Vid. p. 23.)
Ἅλυκὼ Ἀττικῶς, *Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ.*
ἁλυκόν, κοινόν. (Vid. p. 29.)
Ἀντίγραφα, πληθυντικῶς, *Ἀττικῶς.*
ἀντίγραφον, ἑνικῶς, *Ἑλληνικῶς.* (Vid. p. 7.)
Ἀρίβαλλον, ἔστι δὲ εἶδος ποτηρίου
στενόστομον. (Vid. p. 91.)
Ἀωρὶ, *Ἀττικῶς. ἀώριον*, *Ἕλληνες.* (Vid. p. 32.)

Atque haec specimina ex primo decerpta *στοιχείῳ* sufficiat in praesenti dedisse.

In annotationibus concinnandis praeter MSS. discrepantias atque de earum valore iudicium id vel maxime mihi datum existimabo esse, ut Moeridis testimonium ad fidem optimorum auctorum, Attica qui usi sunt dialecto, revocem; ne in errorem deducantur lectores. Allucinatum nonnunquam hominem Graeculum, quisquis ille demum fuerit, dudum animadverti: et vereor pertentatis singulis lexici articulis, ne plura olim notanda sint peccata. Dabo deinde operam, ut vocum, et Atticarum et Hellenicarum, verus usus rarioresque notiones lectori pateant; quod iis ingratum haud fore mihi

polliceor, qui, ut indies magis magisque nobilissimi sermonis divitiae eruantur, habent in optatis. Indicatis etiam, quod supra iam promisi, auctorum locis, quae noster testatur, haud intacta relinquam antiquitatis momenta in hoc commemorata opusculo: quorum alia, et quidem notiora, ita explicabo, ut ad scriptores remittam, qui ex instituto de iis sunt commentati; alia vero, nec frequenter obvia, paullo pleniori exsequar stilo. Huic meae opellae suis locis praemittentur Hudsoni aliorumque labores. Latinam versionem, etiamsi ipsa libelli constitutio non respueret, nollem tamen adiungere, deterritus et rei difficultate, et tristi Nic. Blancardi exemplo, qui, quod Harpocrationem Latine de Graecis reddiderat, misere, at immerito, Jac. Gronovio vapulavit. Conf. *Joan. Alb. Fabricii Biblioth. Gr.* Vol. IV. p. 585. sq. Tempus versioni tribuendum libentiori animo insumam in dissertationem praeliminarem, in qua de huius glossarii instituto, fatis codicibusque dicetur. Agmen claudent vocum auctorumque indices necessarii: ut adeo in hac iterata editione nihil facile quisquam desideraverit, quod Hudsonianae est ornamento. Omnia aderunt excepta *Georg. Martini dissert. de veteri et vera Graecarum litterarum pronunciatione*, quam molis tantum augendae gratia comitem Moeridi Hudsonum adiunxisse existimo.

His igitur stipatus praesidiis, hac mente atque ingenii, si qua in me est, felicitate otii partem quandam Moeridi hactenus tribui. Nec quicquam, optimum numen si vitam viresque concesserit, erit in mora, quominus hoc ipso, quem nuper admodum auspicati sumus, anno opus subiiciatur prelo; modo munificentiam eorum fuero expertus, quibus cordi est curaeque Graeca litteratura. Si qui igitur sunt, qui codicis a me nondum inspecti varias lectiones in scriniis servant, aut viri cuiusdam docti possident annotationes, aut denique ipsi auctorem hunc suis curis explicarunt: eos publice observanterque rogatos volo oratosque, ut communibus studiis foveant opus in communem usum edendum earumque rerum mihi, vel potius orbi litterato, copiam liberaliter faciant, quas ad eius ornatum utilitatemque amplificandum aptas iudicabunt. Quicquid ad B. Theod. Christoph. Felgineri viduam transmittetur, id ut ad me recte perve-

niat, curabitur. Haud immemorem me experientur beneficii, qui meritam iis gratiam debito honore, iustis encomiis atque animo longe gratissimo persolvam: sicuti et illis me profitebor obstrictum, qui consiliis suis meum iuvare non dedignabuntur. De mutandis, addendis detrahendisque amice monitus, ad sua ipsius vineta caedenda nemo me erit paratior, nemo alacrior. Scribeb. Hamburgi ad diem 4. Januarii CIↃIↃCCXXXIIII.

IN NOVAM
MOERIDIS ATTICISTAE
EDITIONEM,

AB

AMICISSIMO ET DOCTISSIMO

IOANNE PIERSONO

CURATAM.

Laetis auspiciis, venuste, prodi,
Graecarum arbiter elegantiarum,
Doctor Cecropiae probate linguae,
Prodi, splendidiorque, comtiorque,
Nec vestem macula inquinatus ulla.
Tu, paucis hominum peritiorum,
MOERI, cognitus ante, literatum
Nunc orbem poteris perambulare,
Nunc quo vis pede libero vagari,
Attici geniumque gratiasque
Pandens eloquii, tuasque dotes.
Nos, o delicium meae iuventae,
Quondam traxit amor tuus, tibique
Iam manu medicam, et mihi parabam
Nomen, cum rapuit subortus ardor
Transversum ex adytis novem Sororum,
Ad severa magis, magisque casta,
Ut tum visa mihi fuere, sacra.
Non tulit Deus, ac redire jussit,
Qui mortalibus orbis in theatro
Partes distribuit, Choragus unus,
Nutum ut ingenii sequente quovis
Scena sic melius stet universi.

****

Te vero interea latente, Thomas
Ad nos luce nova venit renatus:
Ruhnkenique opera Platonicarum
Interpres venerum fugit latebras,
Doctorum cupidis receptus ulnis.
Quin et Grammaticos super verendum
Tollit Hesychius caput vetustos,
Ac, spondens sibi iam perenne nomen,
Magnum crescere opus nitore multo
Cernit; quod pariter laboriosum,
Et doctum pariter, Dei faventes
Perduci faciant ad umbilicum!
Vidit, ac doluit meus sodalis
PIERSONUS, Charitum manu politus,
Pastusque a teneris lepore Graio;
Et tu, MORRI, iaces, ait, tuumque
Ignorant homines decus, malignis
Damnatum tenebris, situque foedum?
Non sinam. Et maculas, librariorum
Quas stupor dederat, nec eruditus
Anglus sustulerat, repurgat omnes.
Ergo vive, tua, vigeque, sorte
Felix; Vindicis et serens per orbem
Laudes egregii, a nepote sero
Famam pro meritis fer invidendam.

ERNESTUS GULIELMUS HIGT.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access

$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

villicum, numerandus est is, qui in Epigrammate Stratonis quodam Anthologiae nondum editae*) commemoratur. Quam facile autem librarii pro *ΜΟΙΡΙΔΟΣ* scribere potuerint *ΜΟΙΡΙΔΟΥ*, in litteris praesertim minusculis, quis non videt? Atque haec habui, Vir clarissime, quae de nomine auctoris dicerem.

Quis vero ille fuerit, et ubi natus: quibus in terris vixerit, et quando, non apparet. Hoc certum satis est et manifestum, quum hunc libellum eius Photius legerit, eum vel ante tempora Patriarchae Constantinopolitani, vel ipsa etiam eiusdem aetate, vixisse. In eo autem errasse videtur Hudsonus, quod putaverit, eum post Phrynichum floruisse, idque collegerit inde, quod Phrynichus a Moeride laudaretur**). Sed verba illa Phrynichi ab aliena manu, non ab Atticista, adiecta esse, suo loco docuimus. Cui errorem similem in Glossario Timaei Platonico***) investigavit demonstravitque Ruhnquenii sagacitas. Tantum prodest et iuvat rectus Critices usus! Et tantum obest nocetque eius contemtio!

Quod ad ipsum hoc Nostri opusculum attinet, vel index eius ostendit, collecta ibi contineri, secundum litterarum ordinem, vocabula, vel Atticis veteribus eorumque imitatoribus propria, vel communia tunc Graecis caeteris omnibus, ita tamen, ut auctor saepe certa quaedam utriusque generis scriptorum loca respexerit, non communem ubique dicendi consuetudinem spectasse videatur. Sicut enim Ἕλληνες quando ab Atticis distinguuntur, Graeci sunt, praeter Atticos, omnes: ita verba Ἑλληνικά, quum discernuntur ab Ἀττικοῖς, vocabula sunt, quibus, alio saltem significatu, quam Attici olim, Graeci tum uterentur omnes****). An vero libellus hic, quem Valquenarius †) utilissimum vocat, integer ad nos et salvus pervenerit, de eo vereor, ne sis mecum vehementer

*) Apud Valquenarium V. C. Animadvers. ad Ammonium II. 15. p. 218.

**) In vocab. Ἰσοτελής.

***) In Οὐχ ἥκιστα.

****) Vid. omnino Salmasius de Hellenist. p. 46. sqq.

†) Ad Euripidis Phoenis. v. 1422. p. 480.

dubitaturus, Vir clarissime. Eum brevem fuisse et parvum, non grandem et longum, satis quidem potest constare ex eo, quod a Photio appellatur *ποιημάτιον*. Sed nihil inde ablatum esse aliena manu, nihil adiectum a grege Grammaticorum recentiorum, cui in mentem veniat affirmare? Nam primo quidem in multis, qui restant, libris scriptis leguntur multa, quae non item in aliis: quidni in iis, qui vel temporis iniuria, vel neglegentia hominum, perierе, multa extiterint, quae in nostris hodie codicibus non inveniantur? Deinde est verissimum, non pauca ex aliorum Glossographorum libris fuisse a Grammaticis posteriorum temporum male sedulis in hunc libellum, ut fit, translata. E Timaeo quidem Sophista multa illuc venisse, ex eo praesertim tempore magis coepit certiusque animadverti, quo Montefalconius *) Ruhnqueniusque **) Glossarium hominis Platonicum edidere. Nosmet vero monuimus ipsi passim, multa nunc in libello Nostri legi, quae diligentiae Thomae Magistri debeantur. Qua in re dissentire licebit a Ioh. Alberto, Viro summo, et vel ob praeclara in Hesychium merita memoria immortali dignissimo. Ei cum Menagio et Lamb. Bosio contra videbatur ***) Thomas alicubi exscripsisse Moerida. Verum quo minus assentiri Viro divino queamus, hoc impedit. In Thomae Eclogario fere omnia pleniora, adiectis etiam saepe locis scriptorum, habentur, ita ut vero videatur similius esse, Grammaticos recentiores auxisse Moerida e Thoma ****), sed ut profecta omnia ab ipso Moeride existimarentur, neque vestigia fraudis certa relinquerentur, omisisse alia, alia interdum accommodasse reliquis: praesertim quum isti homines libellum Nostri collocupletare instituerint glossis alienis pluribus, quod de Thomae Eclogario non ita certo constat, neque a quoquam adhuc est, quod sciam, observatum. Etenim non solum e Timaeo, uti demonstravimus, et Thoma, sed e Suida quoque, in *λέξεις* Nostri aliena multa derivavit inepta Grammaticorum

*) Catal. Biblioth. Coislinianae p. 477—481.

**) Lugd. Bat. A. C. CIↃIↃCCLIV. octonis.

***) Observ. N. F. p. 144.

****) Iure hanc Fischeri sententiam reprobavit Piersonus in Praef. p. XVI. G. A. K.

sedulitas. Sed ne quis erret forte, nosve erroris accuset ipsos, id quomodo velim intellegi, dicam apertius. Quae apud Suidam hodie, et apud Moerida, leguntur, ea non tam e Suida transscripsisse censeri debent Grammatici, quam ex iis potius libris, e quibus mutuatus sit sua Suidas compilator. Certe Moeridis Codex ille, quem in bibliotheca Coisliniana esse supra significavimus, iudice Montefalconio, rerum harum intellegentissimo Viro, scriptus iam saeculo decimo est. Quomodo igitur e Suida augeri a Grammaticis libellus Atticistae Nostri potuerit? Sed ii libri quum vel interierint, vel nondum saltem editi sint, eorum loco, opinor, recte laudavimus Lexicon Suidae.

Et quia ad libros Moeridis scriptos ventum est: licebit pace Tua, Vir doctissime, et de reliquis, qui mihi quidem in notitiam venerint, breviter exponere. Praeter Coislinianum Codicem *), qui membraneus est atque optimae notae, Vaticanus commemoratur a Maussaco in dissertatione Critica de Harpocratione **), et Vossianus, qui nunc in bibliotheca Leidensi est, ab Alberto V. C. ***). Eo, quem Antonius Eparchus, Corcyraeus, Francisco primo, Franciae regi, dono dedit, et quo, praeter Moerida, multi alii libri Graeci continentur, Regium vulgo appellant ****), in conficiendo Glossario Cangium usum esse, Vindobonensisque exemplar penes Ioh. Pricaeum fuisse, superius demonstravimus. Qui libri omnes ex uno eodemque fonte ducti fuerint, an e pluribus et diversis, dici, quum eos comparare inter se non licuerit, non potest. Sed si e particulis tamen quibusdam, quibus tanquam gemmis multi Viri docti sua scripta, veluti Salmasius, Pricaeus, Cangius, Spanhemius, Albertus, et alii, distinxere, iudicium faciendum sit de libris integris: non ex uno omnes, sed e pluribus eisdemque diversis exemplis, videntur esse descripti.

Nam de toto quidem Moeridis libello vulgando ante

*) n. CCCXXXV.

**) p. 393. edit. Blancardi.

***) Observatt. N. F. p. 173. 257 et 357.

****) Laudatur etiam a Salmasio Observatt. ad Ius Att. et Rom. p. 164.

magnum illum Kusterum*) nemo videtur, qui cogitaret, repertus esse. Primus autem eum octonis edidit Oxonii anno huius saeculi duodecimo Ioh. Hudsonus**): qui quam rationem in eo edendo et emendando sequutus sit, poterit ex eius Praefatione, quam adiiciendam curavimus, cognosci. Tribus fere annis post maximam illius partem e Codice Coisliniano inseruit Catalogo huius bibliothecae Montefalconius***): atque ante annos non multos novam se opusculi editionem adornare professus est Ioh. Piersonus****), Commentario Claudii Sallierii, Viri clarissimi, instructam. Quod Viri docti consilium diu, fateor, incertum me dubiumque reddiderat, quid facerem: absolveremne meas in Moerida Animadversiones, conscribere enim eas ante coeperam, quam de nova illa editione quidquam audivissem; an inchoatas relinquerem: in primis, quum me destitutum libris scriptis viderem, quibus se usurum ille ostendisset. Sed quia librarii nostri libelli exemplaria flagitabant, facileque intellegebam, nostrum consilium in eo edendo diversum fore, neque omnino nihil sine libris scriptis effici posse: constitui tandem, id quod non aegre laturum esse Virum doctum, quae eius humanitas est, sperare licet, Atticistam, cura mea qualicunque illustratum, iubere prodire: de quo consilio meo restat, ut pauca dicantur.

Placuit autem insistere vestigiis iis, quibus institisse Pavum Valquenariumque in recensendo Phrynicho atque Ammonio videram. Igitur hoc in primis negotii intellegebam mihi datum esse, ut vera ubique et genuina lectio, quoad fieri posset, indagaretur. Quam ob caussam et inspexi contulique diligenter libros omnes, ubi particulas quasdam libelli prolatas vel legissem, vel audivissem: et coniecturas Virorum doctorum studiose, nec sine molestia magna, collegi,

---

*) Fabricius Biblioth. Gr. IV. 35. 4. extr.

**) Recensetur haec eius editio Actt. Eruditt. Supplem. To. VI. Sect. II. p. 49. ff. a Ioh. Christi. Bielio V. C.: cuius nomen adscriptum vidi in eo Actorum exemplari, quod est in museo Menqueniano. Sed nil novi ibi neque observatur quidquam, neque monetur.

***) p. 485—488.

****) Verisimil. II. 3. p. 169.

measque passim adieci. Et quia cognoveram, multa loca corrigi posse e locis aliorum Grammaticorum similibus: neque haec praetermittenda duxi. In primis glossas Hesychianas saepius laudavi. Animadverteram enim, vocabula Attica ibi fere per Ἑλληνικά explicari, ut horum glossematum auctoritate lectiones Nostri multae vel confirmari magis, vel reiici certius repudiarique possent. Vocabula ipsa, eorumque significatus varios, auctoritatibus scriptorum multis illustrare et demonstrare visum non est; cum quod id alienum esse proprieque ad Lexicographos pertinere putarem, tum quod a Piersono praestitum iri sperarem, et quod editio adornanda esset non magno parabilis. Atque secundum hoc consilium velim existiment de opera nostra et labore homines docti. Caeterum quum Hudsoni notas addere nostris placuisset: iussimus quoque eius exemplum operas sequi, non ignorantes, multas ibi coniecturas leves, immo falsas, in contextum receptas esse. Sed quia errorum ubique admonuimus lectores: nihil inde periculi timendum Moeridi videbatur.

LECTURIS

S. P. D.

GEORG AENOTHEUS KOCH.

Praeclara clarorum virorum in literas humaniores merita cum a posteris in magno poni discrimine memorique animo agnosci par sit, tum nescio an huic officio pulcherrime satisfiat, si, quae egregie ab illis inventa sunt, explicita atque disputata, ne diutius in oblivione iaceant, quasi in vitam revocari latiusque inde propagari curamus. Etenim, ut memet antiquitatis disciplinae finibus contineam, permulta eademque sat luculenta scripta, quae apud exteras gentes ab indefessis doctorum hominum studiis profecta praeteriti tempora saeculi in lucem protulerunt, tantummodo in paucorum notitiam hodie pervenire negari nequit; cuius rei causam in eo potissimum quaeras, quod rariora omnino sunt et nisi ex bibliothecarum scriniis vix arcessenda, aut, quod fere consequens est, maioris pretii, quam ut a multis coëmi possint. Quare vel is laudem aliquam mereri videtur et ad promovendum bonarum literarum studium aliquid contulisse censendus est, qui in praestantioribus huiusmodi libris, et quorum commodiorem usum aegre desideramus, typis iterum describendis operam collocet atque diligentiam. Nec profecto de segnitie quadam orbis literati in hoc, ut ita dicam, scripta conscribendi studio, quod per se neque laude destitutum est, neque fructu caret, conquerendi ullam nobis nunc quidem adesse causam quivis dies testatur. Imo vereor, ne tota res in peius abierit, id quod omnes probi mecum sentient. Namque cum hodie plerique non famae sed fami scribere videantur, lucri cupidine adducti in veterum libros cum interpretum priorum commentariis denuo a se edendos nulla ratione habita temporum

hominumque, quibus eos destinant, nullo adhibito delectu, desultorum instar certatim involant. Sic, ut in re molesta uno defungar exemplo, Horatius Lambini admodum nuper nova veste indutus prodiit, qui, quoniam multa recte et bene observata in eo invenias, iccirco non erat recoquendus. Nactus est Venusinus poëta post Lambinum tantum numerum explicatorum, ut, quae in illo nobis scitu digna sint, ab his sexcenties repetita videas. Quid quod in una Mitscherlichii editione, odas certe et epodos quod attinet, totum paene Lambinum habeas redivivum? Absit vero, ut hunc vel illum laedere in animo sit, sunt enim clara ceteroquin nomina: rationem ipsam vitupero, et valde optandum est, ut ille infaustus bonis literis impetus paullum compescatur.

Praeter ceteros autem dignus mihi videbatur Moeridis Atticistae libellus, qui praelis iterum committeretur, non quod a tractatae materiae ubertate aut praestantia commendandus sit, nam per est exiguus et supra modum exilis, sed quod homines solidae doctrinae laude florentissimi ad eum elimandum illustrandumque multum laboris impenderint. Quo magis autem innotuit huius libri, tot priorum interpretum virtutibus conspicui, utilitas, quoque maior indies accrevit exemplorum inopia et raritas, eo paucioribus verbis opus erit ad rationes aperiendas, quae ad hancce novam editionem me impulerint.

Moeridis nimirum hoc cum reliquis Atticistis commune est vitium, quod ex manca et subitaria veterum scriptorum lectione, haud raro etiam codicibus eorum deterioribus usus, praecepta sua composuit, quae inde sequitur ut nunc vana et aliquanto mera aegri capitis somnia habenda sint, nunc dubia et incerta, perpauca tantummodo ex omni parte vera. Bonum itaque factum, quod in eius opusculo emendando atque explicando felicissimo successu elaborarunt Hudsonus, Sallierius, Berglerus, et his longe superior Ioannes Piersonus*).

Erat in Piersono innatans quaedam verborum facilitas et beatissima illa ingenii ubertas, qua unice factum est, ut tam

*) De eo quam praeclare senserint Valckenarius et Ruhnkenius, horum scripta documento sunt. Legas illius Diatriben in Euripidis Reliquias, huius ad Timaeum Animadversiones.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

mirari subit, magnum errorum numerum ex istius observationibus in novissimam operis Stephaniani editionem transisse, unde quisquis demum in Germania librarius Thesauro illo recudendo thesaurum sibi ipsi anquirere gestiat, graviter monendus est, ne spissam illam et incaeduam exemplorum silvam prius transponi patiatur, quam radicitus pars evulsa, pars colluvata, alia rectius disposita sint.

Nostra aetate Moeridi multis modis profuere Bastius, Lobeckius, Schaeferus, viri sollertissimi et in paucis, qui veteres Grammaticos gnaviter tractaverint, facile optimi. His accessit, qui ante hos sex annos peculiari dissertatione laudabile in explanandis regulis a Moeride propositis ponere coepit tirocinium, Ioannes Iacobus Tengstroemius*), Bibliothecarius in Academia Aboensi Vicarius, cuius observationes, quoniam nonnullorum interesse scio et propter paucitatem maximam partem integras recipere non dubitavi. Denique non possum, quin negligentiae cuiusdam, ut lenissime loquar, mentionem iniiciam, quam eo aegrius tango, quo peius ipsa audit et quo magis is, qui ei obnoxius inveniatur, etiamsi cetera aestimatissimus sit, propterea vituperandus. Tale autem vituperium in Schleusnerum cadit, qui cum nuper**) Observationes in Moeridem promulgaret, mehercle non cogitasse videtur, easdem se acceptas referre Ruhnkenio et Valckenario, quorum ipsissimis verbis uti haud veritus est. Haec semel indicasse sufficiat. Curae Novissimae in Photium quantopere alienis glorientur bonis, alio tempore ostendam.

Redeo ad candidissimum Bastium. Is igitur quum multis aliis nominibus, tum eo optime de Grammatico nostro meritus est, quod Codicem Sangermanensem sive Coisliniannum denuo ad locos quosdam difficiliores adhibuit novamque inde attulit lucem. Idem, cum Parisiis degeret, factum a Tengstroemio, cui etiam Codicis Regii iterum conferendi copia data. Sed perpaucis tantum in locis libros illos ab utro-

*) Observationes in Moerin Atticistam. Publico examini offert Mag. Ioh. Iac. Tengstroem. Pars I. II. Aboae 1824. 4.

**) in Miscellan. critt. a Friedem. et Seebodio editis Vol. I. P. 3. p. 535.

que inspectos esse valde dolendum: nam vel in his lectiones erutae egregie comprobant, Codicum Moeridis praesidia a nemine dum ea, qua debuerant, diligentia in auxilium esse vocata. Itaque pergratum mihi fuit, quum Collationem Codicis Vossiani accuratissime a Ioanne Christophoro Wolfio institutam in Bibliotheca incluti Senatus Reip. Hamburgensis asservari auribus meis accideret. Continuo per literas rogavi Virum Summe Reverendum, qui Illustris Ioannei fasces tenet, F. C. Kraftium, ut ipso intercedente illius Collationis usus mihi concederetur. Nec frustra. Kraftius pro eximia sua in bonas artes earumque studiosos voluntate praeter alia multa nunc hoc me ornavit beneficio, ut discrepantem Apographi lectionem, quae exemplari editionis Hudsonianae adscripta erat, diligentissime notatam humanissime ad me transmitteret. Codicem eundem esse mox perspexi, ex quo varias lectiones cum Piersono communicaverat Albertius. Vide illius Praefat. p. IX. extr. Hoc autem munere quum maiori cum laude functus esse mihi videretur Wolfius*), vel minutissima infra posui, ne ea quidem reiiciens, quae obiter ab eo adspersa essent. In ipso editionis Hudsoni titulo haec adiecta leguntur: „Contuli cum Montfaucon. in Biblioth. Coisliniana et cum Apographo recentiore, quod extat inter MSS. Vossian. in Biblioth. Leidensi. Vossianum non integrum contuli, quia vidi, illud plerumque convenire cum hac (Hudsoni) editione.“ Contulit autem ad usque literam *M*.

Singulare vitiorum genus Moeridi illatum esse videtur propter scribendi quaedam compendia secus intellecta. Nimirum, quod singulis fere articulis additum est Ἀττικῶς, in Codd. ubique exaratum invenimus α^{τ}, $\grave{\alpha}^{\tau}$ et $\grave{\alpha}^{\tau\tau}$, quae quum et Ἀττικοὶ et Ἀττικῶς significare possint, loco cuique aptissimum ex serie orationis erit restituendum: quo de dixit aliquoties Bastius ad Gregorium Corinthum, p. 175. 184. 793. 800. et inprimis p. 184. Itaque Ἀττικοὶ reponantur oportet pro Ἀττικῶς p. 126. v. Ἐρύπηνα. p. 337. v. Τεῦχος. p. 373. v. Κρήμανα, id

*) Auctoris nomen frustra quidem a me quaesitum, sed Wolfii manum e literarum ductibus se agnovisse asseveravit mihi Clarissimus M. M. Runkelius, Hamburgensis.

quod verba λέγουσιν Ἕλληνες iure suo postulant. Et eadem fortassis medicina multis aliis in locis adhibenda, ubi sequente Ἕλληνες in priori membro exspectamus Ἀττικοί, veluti p. 178. v. Ἰσχίον. p. 229. v. Λογίους. p. 239. v. Μάντεων. p. 240. v. Μειράκια. p. 258. v. Ὀλλύασιν. p. 265. v. Ὄχλον p. 316. v. Σίαλον. p. 328. v. Σχινδαλμός. p. 333. v. Τριχίδες. p. 335. vv. Ταὐτὸν et Τάριχος. p. 338. v. Ταμίαν. p. 348. v. Φακήν. p. 351. v. Φθοΐς. p. 357. v. Φιδάκνη. p. 360. vv. Φθῶσιν et Φερεφάττα. p. 363. v. Φοιτᾷ. p. 364. v. Φονέα. p. 365. vv. Χοάνην, Χαλκοῦς et Χρυσοῦς. p. 366. vv. Χρῆται, Χρέως et Χλωρὸν τυρόν. p. 367. v. Χανδὸν πιεῖν. p. 369. v. Χλεύη, et fortassis v. Χολήν. p. 370. v. Χλιδή. p. 371. v. Χαμεύνιον. p. 372. v. Χοανεῦσαι. 374. v. Χοᾶ. p. 376. v. Χαλκῆν. p. 377. vv. Χάριν, Χρείη, Χαμαιτύπη. p. 380. v. Ψίαθος. p. 381. v. Ψάλια. p. 387. v. Ὥραία. p. 387. v. Ὡς ἔοικεν. p. 388. v. Ὡς οἷόν τε. Contra in vocabulis Ἕλληνες et Ἑλληνικῶς per compendia scriptis lapsu erat difficilius.

Comites Moeridi adiunxit Piersonus fragmenta duo Herodiani Grammatici, quorum prius Philetaeri nomine inscriptum nihil nisi ex opere eiusdem maiore, cuius infra ad p. 170. mentionem feci, excerptum esse arbitratur L. G. Schneiderus Peric. Crit. in Anthol. Constant. Cephalae p. 65. Alterum plenius atque auctius e Codice Augustano vulgavit postmodo Hermannus in aureo opusculo, quod scripsit de emendanda ratione Gr. Grammaticae, inde a p. 301. hoc indice: Αἰλίου Ἡρωδιανοῦ περὶ ἡμαρτημένων λέξεων. Cf. eiusdem Praef. p. XV. Eam autem huius fragmenti partem, quae a Pavo iam publicata erat, repeti iussit Lobeckius in praestantissima Phrynichi editione p. 451. sqq. Atque nuperrime diversas quasdam huius Fragmenti lectiones e Codice Parisino descriptas publici iuris fecit Ludovicus Bachmannus in Anecdott. Graec. Vol. II. p. 402. sqq. Ibi si quae sunt melioris notae, ea a Ruhnkenio pridem observata dedit Piersonus: paucula, quae omissa essent, pace Anecdotorum editoris doctissimi editioni nostrae praefixis asteriscis subieci.

Iam mihi quum quid ipse in repetita hac editione prae-

stare voluerim quidve potuerim, aperiendum sit, haud mediocriter sollicitus haereo: nam a me quae addita habes, quam minuti sint pretii, bene sentio. Id ante omnia mihi cavendum fuit, ne libri ambitus temere augeretur. Atque, verba sunt immortalis Wolfii, nostro tempore is quoque gratiam mereri debet, qui aliqua secum servat, quae dare possit, non tantum, qui undecunque congesta cumulando bonis chartulis minime parcendum putat. Et profecto, largam illam rerum grammaticarum materiam uberius tractare, multa ex iis in disceptationem iterum vocare ac de quaestionibus quibusdam spinosis, quas ne nunc quidem ad liquidum esse perductas constat, fusius etiam exponere si animus tulisset, ne maior, quam opus videretur, libelli moles multos offenderet iure erat verendum. Etenim plurima, quae huc pertineant, recentiori aetate summa sagacitate summoque omnis doctrinae apparatu a doctis hominibus excussa sunt et enucleata: quorum libri quum omnium manibus terantur, nonne aperte acta egissem? Rarius itaque lectores in libros Godofredi amandavi Hermanni, quos nemo non lectitat, rarissime in opera grammatica Matthiae atque Buttmanni.

In ipso opusculi limine saepenumero veteres Grammaticos ex aliquot annis in lucem protractos, quorum larga post Piersoni tempora accrevit seges, consulendos duxi, quoniam ipsa eorum cum Moeride facta compatatio frugifera et quantum inter se dissenserint scitu dignum mihi videbatur. Exemplorum autem in re nota coacervandi consuetudinem ut maxime improbo, item, cum vocabulum occurreret notatu dignum aut explicatu difficilius, commentarios nominavi doctorum virorum, qui in hoc illud accuratius inquisiverint: ipse tamen ad taedium, mihi crede, minuendum latius aliquanto exspatiatus. Alia multa verbo tantum indicata, nonnullis adeo in Indices, ubi aptus cuique reperiretur locus, reiectis, quoniam sic nobis licuit esse brevissimis. Hos autem Indices de integro confectos et longe prioribus locupletiores adieci.

Sed quum iam in eo essem, ut praefandi finem facerem, Fischerum commemorare paene neglexissem, cuius observata, e quibus aliquid utilitatis redundare videretur, huc ut transferrem, movit me voluntas virorum quorundam do-

ctorum, quorum vel uni plus tribuere soleo, quam coniunctis istis, qui, quidquid scripti reliquit Fischerus, fastu nefasto contemnunt.

Scriptum Lipsiae mense Februario CIↃIↃCCCXXXI.

Pag. 1. *Ἄγαμαι Ὑπερβόλου.* Verbi *ἄγαμαι*, cuius constructionem illustrat etiam van Heusde Sepecim. Crit. in Plat. p. 70. cum solo Genitivo iuncti exemplum luculentum est Aristoph. Av. v. 1752. ed. Invernizz. *Ἐχάρην ὕμνοις, ἐχάρην ᾠδαῖς· Ἄγαμαι δὲ λόγων.* et Acharn. v. 495. *Τόλμησον, ἴθι, χώρησον, ἄγαμαι καρδίας.* quae lectio a Dawesio Miscell. Critt. p. 252. (cf. Burgessii Append. p. 469.) frustra tentata, Codice Aristophanis Ravennate confirmatur. Ad locum Symposii Platonici (p. 179. C.), quem attulit Ruhnk. ad Tim. *ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ*, Creuzer in Lectt. Platon. Plotini libro de Pulcr. adiectis p. 524. enotavit varietatem *ἀγασθέντεις τὸ ἔργον*, quae, etiamsi in pluribus Codd. obvia, sine dubio prae exquisitiori locutione reiicienda est. Exempla constructionis cum Ablativo sunt etiam Xen. Cyrop. VI. 4, 9. *ἀγασθεὶς τοῖς λόγοις*, et Sympos. 8, 29. *ὅσων δὲ ψυχαῖς ἀγασθείης*, ut iure dederunt Zeunius et Schneider pro vulgata antea *ψυχάς*. Cum Ablativo iungitur etiam verbum *ἄγαμαι* in Lex. Sangerm. Anecdott. Bekk. p. 335, 32. ubi pro *ἄγαμαι κεραμείων*, quod dederat e Cod. MS. eundem locum excitans Ruhnkenius, iam legitur *ἄγαμαι κεραμεῖ*. Tengstroem. Add. incerti poëtae Rhes. v. 245. *ἄγαμαι λήματος*. Ruhnken. ad Tim. p. 8. sq. ed. nostr.

Pag. 2. *Ἀὴρ βαθεῖα.* V. Wolf. ad Hesiodi Theog. v. 9. p. 61. 62. Monk. ad Eurip. Alcest. v. 605.

Ibid. *Ἀνέστησαν πᾶς ὁ δῆμος.* Hudsoni editio habet *Ἀν. που ὁ δῆμος*, non *πού*, quod Piersonus errore posuit. *πᾶς* correxerat etiam I. Chr. Wolfius.

Pag. 3. *Ἀθανάτω, ἀγήρω, Ἀττ.* Scribendum videtur, ut monuit Hemsterhusius, *Ἀθάνατοι*, cuius vocis cum *ἀγήρω*

iunctae exemplum, apud Aristophanem est Av. v. 688. sq. De cetero vox ἀγήρατος auctoritate scriptorum Atticorum nequaquam caret. Xenoph. Cyr. VIII. 7, 22. τάξιν ἀτριβῆ καὶ ἀγήρατον καὶ ἀναμάρτητον. Memor. IV. 3, 13. ἀτριβῆ τε καὶ ὑγιᾶ καὶ ἀγήρατον. Agesil. 11, 14. ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ῥώμη τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀγήρατος ἐστιν. Eurip. Iphig. Aul. v. 557. κλέος ἀγήρατον. etc. Praeterea, vel e loci Xenophontei, quem primum attulimus, fato, verisimile est vocem ἀγήρατος a librariis passim obliteratam fuisse, eiusque loco intrusam vocem ἀκήρατος, quae maxime per Platonicorum philosophorum scripta frequentata est (cf. Creuzeri Commentt. Herodott. I. p. 38.). Sic apud Dionem Cass. LII. 35. pro εἰκόνες ἀκήρατοι καὶ ἀθάνατοι legendum esse εἰκόνες ἀγήρατοι καὶ ἀθάνατοι, e Moeride coniicias. Itidem dubitari posse videtur, an in loco Plat. Legg. V. [p. 735. C.] quem attulit Ruhnk. ad Tim. p. 17., τὸ τῶν ἁγιῶν καὶ ἀκηράτων ἠθῶν καὶ σωμάτων γένος pro ἀκηράτων legendum sit ἀγηράτων, simili iunctura, ac in loco, quem e Xenoph. Memor. paullo ante produximus. Tengstrom. Cf. Goettling. ad Theodos. p. 249. Boissonad. ad Eunap. T. I. p. 349. sq. Wernsdorf. ad Himer. p. 422. Platonis locus nulla eget emendatione; namque ἀκήρατον id dicitur, quod integrum atque incorruptum, quod in ipso flore est. Confidenter autem illud reponо in Dionys. Perieg. v. 548. — ἀρετὴ γὰρ ἀγήρατον ἔλλαχε τιμήν, loco vulgati ἀκήρατον. τιμὴ ἀγήρατος, et alibi legitur; cf. quae notavimus in Ind. s. v. p. 440. Walch. ad Taciti Agric. p. 480.

Ibid. Ἀναβῆναι τὴν γυναῖκα βούλομαι. Inter Addenda ad Aristophanis fragmenta illud exemplum epetavit Porsonus Adversar. p. 280. (p. 248. ed. Lips.) Exemplis locutionis a Piersono allatis adiici potest: τουτὶ προσαναβῆναι τὸ σιμὸν δεῖ, e Platonis Comici Νίτωις, secundum emendationem Elmsleii ad Aristoph. Acharn. v. 385. Cf. Burgess. in Comment. ad Aristoph. Vol. IV. p. 784. not. f). De animadversione Grammatici SGerm. a Piersono citati, iam vulgati in Bekkeri Anecdd., cf. Frommelius in Creuzeri Melett. P. III. p. 157. Tengstrom. Alterum βούλομαι plane omisit cum Coisl. et fortassis Apograph. Voss. Hudsonus.

Loco autem prioris *βούλομαι* Apogr. Voss. perperam *βούλομμου*. Ceterum cf. Zonar. T. I. c. 196. et editor.

Pag. 4. *Ἄνθην, Ἀττ.* Eiusdem generis Atticae formae sunt *ἄσκη, αἴκη*; a Moeride ipso infra enotatae, *βλάστη, μάθη*, al. De nostra *ἄνθη* idem quod Moeris observavit Phrynichus App. Soph. p. 12, 30. *Ἄνθη, ἡ ἄνθησις, ὡς βλάστη ἡ βλάστησις.* Nihil in Platone illis formis frequentius. Cf. Hemsterh. ad Thom. p. 127. et Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 90. 126. Eiusdem generis forma est *ὄψη* Plat. de Rep. VII. p. 346, 12. de Legg. VIII. p. 115, 12. p. 117, 3. XI. p. 235, 10. ed. Bekk. Protag. p. 478. ed. Heindf. etc. Xenoph. Vect. 3, 12. Formam *κύρωσις* pro *κῦρος*, quod itidem apud Platonem occurrit, tanquam non Atticam notat Scholiasta Platonis p. 102. Ruhnk. bis. [p. 339. Bekk. cf. Gorg. p. 450. B.] Utrumque tamen habet Thucydides. Neque vero generatim huiusmodi substantiva in *σις* terminata, auctoritate Atticorum carent. Thucyd. I. 69. *καὶ μόνοι οὐκ ἀρχομένην τὴν αὔξησιν τῶν ἐχθρῶν, διπλασιουμένην δὲ καταλύοντες.* Xenoph. de Venat. 7, 1. *ἡ γὰρ ὥρα πρὸς τὰς αὐξήσεις τῶν κυνῶν κρατίστη αὕτη.* Cf. Stallbaum l. c. p. 126. Pro *ἄσκη*, quod e Platone Comico excitat, perperam illud improbans, Pollux III. 154. frequentissimum est *ἄσκησις*, ex. c. Plat. de Legg. VII. p. 7, 20. IX. p. 142, 11. Thucyd. II. 39. V. 67. Xen. Hell. VI. 3, 16. Memor. I. 2, 24. III. 14, 3. Oecon. 5, 1. Hipparch. I. 16. *τίμησις* Plat. de Legg. III. p. 318, 6. At posteriori aetate haec terminatio multis nominibus luxurie prava, seu praeter usum veterum, advecta est; unde admonita Grammaticorum. V. Lobeck. ad Phryn. p. 351. Tengstroem. Addo rarissimum *ἄντη* pro *ἄνησις*, quod in lucem protraxit Hermannus ad Sophocl. Electr. v. 137. p. 30. ed. sec. Alia sunt *βόσκη, πάθη*. V. Ast. ad Platonis Legg. p. 146. Valckenar. ad Thom. Mag. in eiusdem, Ruhnkenii aliorumque Epist. ed. Tittmann. p. 151. sq. Abresch. ad Cattier. Gazophyl. p. 27. Animadvv. in Aeschyl. lib. II. p. 338.

Pag. 5. *Ἀμφορέα.* Cod. Coisl. habet vitiose *Ἀφυρέα*, quod in Regio deletum est: uterque *μακρὸν* pro *μακρῶς*.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access

$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Ibid. Ἄσβαλος. V. Lobeck. ad Phryn. p. 113. Welcker. ad Hipponactis Fragm. p. 106. Phrynichus Appar. Soph. in Bekk. An. Gr. T. I. p. 17, 22. Ἄσβολος θηλυκῶς λέγουσι, Ἵππωναξ δ' ἀρσενικῶς. τινὲς δὲ καὶ τὴν ἀσβολήν. Et auctor Συναγ. λέξ. χρησ. ibid. p. 450, 32. sive ap. Bachmann. Vol. I. p. 150, 19. Ἄσβολος, θηλυκῶς ἡ ἄσβολος· οὐδὲ γὰρ ἀρσενικῶς ὁ ἄσβολος. Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις· τὰ πλεῖστα γὰρ Ἀποπεπόνηκας. φεῦ, ἰοὺ τῆς ἀσβόλου. De accentu v. Arcad. ap. Bast. ad Greg. Cor. p. 864.

Pag. 10. Ἄλλοθι. Et Coisl. et Reg. revèra habent: ἄλλοθι, ἄλλοθεν, ἄλλοσε, Ἀττ. ἀλλαχόθι, ἀλλαχόθεν, ἀλλαχόσε, καινότερον. in quibus nihil mutandum. Tengstroem. Apogr. Voss. pro ἀλλαχοῦ, quod Piersonus dedit, ἀλλαχῆ.

Pag. 11. Ἄνοργοι. Phrynichus in Appar. Soph. ap. Bekk. An. Gr. T. I. p. 3, 24. Ἄνοργοι, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀνόργητοι. Cf. Συναγ. λέξ. χρησ. ibid. p. 406, 11. ἀνόργητος autem quum habeat Moeris et Thomas M. p. 75. inde corigas Lobeckii dicta in Parerg. ad Phryn. p. 730. ἀόργητος diu notum, illud nuper demum e Phryn. Appar. init. erutum.

Ibid. Ἀπαλλάξονται. Sic revera habet Cod. Coisl. Regius ἀπαλλάξατε, sed eadem manu deinde correctum ἀπαλλάξονται. Talis usus Futuri Medii frequens est apud Atticos. Cf. VV. DD. citatos a Matthiae Gr. Gr. p. 690. etiam Dukerum ad Thuc. VII. 25. Dahl. Gr. Gr. p. 244. Tengstroem. De ἀπαλλαχθήσομαι v. Porson. ad Eurip. Phoen. v. 986. p. 74. ed. Lips. tert. Monk. ad eiusd. Hippol. v. 356.

Pag. 12. Ἀπηλάθη. Apogr. Voss. pro ἀπηλάσθη exhibet ἀπηλάθησαν.

Ibid. Ἀπαλλαξείοντες. Solus Regius vitiose ἀπαλλαξέοντες, Coisl. ἀπαλλαξείοντες. Tengstroem. Cf. Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. v. 1214. Boissonad. ad Eunap. T. I. p. 180. Haec autem desiderativa ita explicare Grammaticos notum est, ut verbum ἔχειν iungant adverbiis in τικως desinentibus. V. Schäfer. ad Schol. Apoll. Rhod. T. II. p. 180. 328. 624. Aliquando sic et posterioris aetatis scriptores loquuntur. Certe Plutarchum

aliquoties *συμβατικῶς ἔχειν* dicere scio, ubi Thucydides *συμβασείειν*.

Pag. 14. *Ἀκροᾶ*. Non possum, quin huc transferam Lobeckii verba ad Phryn. p. 360. „Nescio quid glaucomae Piersono alias oculissimo obiectum fuerit, ut Imperativos *ἀκροῦ* et *ἀκρόασαι* non posset dignoscere. Sed aliud aptius huius verbi exemplum expromsit Antiatt. p. 98. *Ἠκροᾶσο ἀντὶ τοῦ ἠκροῦ Ἀντιφάνης Ἐπιδαύρῳ* (*ἠκροάσω* male Koppiersius edidit Observv. Phil. p. 16.). Credo equidem, ex ambiguitate verborum in *μι*, *ἐτίθεσο* et *ἐτίθου*, *ἐπίστασο* et *ἐπίστω*, illum errorem translatione quadam inductum esse.“

Pag. 15. *Ἄπεισιν*. *Ἐλεύσεσθαι* a Tragicis non prorsus repudiatum esse, animadvertit Lobeckius ad Phryn. p. 37. sq. Sine dubio in Platonis Phaedro p. 324. Heind. p. 269. A. legendum est ex emendatione Buttmanni *δίημεν* pro *δίϊμεν*, in Xenoph. Anab. II. 3, 11. pro vulgato, in recente etiam editione Upsaliensi recepto, *ὅπως ἀπίωμεν* leg. *ὅπως ἄπιμεν*. (sic etiam ex. c. Aristoph. Vesp. v. 1289. *ὅπως ἴμεν*. Thucyd. VI. 18. *ὅπως ἔπεισι*). Tengstroem. Vid. Schaefer. ad Soph. T. II. p. 323. Elmsleius ad eiusd. Oed. Col. v. 1206. ad Heracl. v. 210. p. 74. ed. Lips.

Pag. 17. *Ἄετον*. V. Elmslei. ad Eurip. Bach. v. 757.

Ibid. *Ἀνίστω*. Reg. *ἀνίστο* vitiose. Sic etiam *ἐξίστω* Aristoph. Acharn. v. 624. *ἐπίστω* Xenoph. Cyrop. III. 3, 32. *ἀνίστω* ex Amipsia enotavit etiam Grammaticus in Bekk. An. Gr. p. 405, 15. Cf. Matthiae Gr. Gr. p. 274. Lobeck. ad Phryn. p. 360. Tengstroem.

Ibid. *Ἄθρους — ἀθρόους*. Brunckius ad Aristoph. Acharn. v. 26. „Suidas, inquit, *ἄθροι καταῤῥέοντες, ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ*. Idem paullo ante: *ἀθρόους καὶ ἄθρους λέγουσι δισυλλάβως*. At Codd. nostri cum impressis *ἀθρόοι* unanimiter exhibent, quae forma Comico usitata est. Altera nescio an apud eum occurrat praeterquam in versu ex Eustathio (p. 1387, 4.) prolato, Fragm. incert. CXXIX. Nugatur sane Moeris aut eius verba inverterunt librarii, quorum fidem temere, ut mihi videtur, sequutus est Piersonus. Qui Aristophanem fere ubique respiciebat, ex unico Comici loco Atti-

cismi normam statuere non debuit, ad quam longe plures alii se cogi non patiuntur. Adeo falsum est, minus Atticam esse formam trisyllabam, ut in plerisque locis, ubi apud Comicum occurrit, altera per metri legem ne locum quidem habere possit. Nam certo certius est, primam in ἄθροι corripi, quod tum ex analogia liquet, tum ex unico illo, quod modo dixi, exemplo: ἑστῶτας, ὥσπερ τοὺς ὀρεωκόμους ἄθρους. Proinde melior erat priorum Moeridis editionum lectio, cui concinit Thomas Mag. ἀθρόος, Ἀττικοί. οὐκ ἄθρους." Cf. Munck. et Verheyck. ad Anton. Lib. cap. 24. p. 162. Lobeck. ad Phryn. p. 234. Buttmann. Gramm. Gr. ampl. T. I. p. 248. ἀθρόος legas etiam ap. Theocrit. Id. XIII. v. 50. 51. XXV. v. 252. Antip. Sidon. LXIII. Apollonid. XV. Item Plato, Thucydides et Xenophon formam solutam, si bene memini, constanti usu probarunt, quorum exemplum alii secuti sunt; v. Schaef. Praef. ad Pindar. p. VII. sq. ed. Tauchn. De forma ἀθρόος Porsonus ad Hom. Odyss. I. v. 27. T. III. p. 11. ed. Schaef. Moerin autem, quum et alibi vocabulorum formas tanquam Atticas afferat, quarum nonnisi unum specimen nobis innotuit, hic quoque ad exemplum unicum seu rarius respexisse arbitratur Tengstroemius l. c. p. 8. Canonem Dawesianum quod attinet, de potestate liquidarum post tenues et aspiratas, in dubitationem illum a Piersono vocatum, defendendum in se suscepit Th. Burgess. in Append. ad Miscell. Critt. p. 452. laudatus propterea Brunckio ad Aristoph. Thesmoph. v. 169. (175.).

Pag. 19. Ἄφυκτον etc. Forma ἄφυκτος apud Tragicos frequens, ex. c. Aeschyl. Prom. v. 911. 1024. Eumen. v. 765. etc. ἀνάφυξις Plat. de Legg. lib. IV. p. 350. Bekk. (p. 713. E. St.). Sed apud scriptores Atticos neque alterius formae exempla desunt. V. Lobeck. ad Phryn. p. 726. Quae varietas fortasse explicari potest ex usu Praesentis φεύγειν pro φυγεῖν, de quo monuit Heindf. ad Plat. Protag. p. 463. (ἀδικεῖν pro Perfecto, de quo idem ibidem, est etiam in Aristoph. Thesmoph. v. 384.). TENGSTROEM.

Ibid. Ἀχθήσεται. Ex hoc praecepto Atticistarum Heindorfius in Plat. Hipp. Mai. p. 153. (p. 292. E. St.) pro

ἀχθεσθήσῃ dedit ἀχθέσῃ*), quod vero deinde deseruit in Gorgia p. 205. (p. 506. C. St.) e Codd. retinens ἀχθεσθήσομαι, tanquam in nostris Atticorum libris saepius obvium. ἀχθεσθήσῃ Xenoph. Cyrop. VIII. 4, 10. Tengstroem. Cf. Fischer. ad Weller. T. III. P. 1. p. 43. In his et reliquis Platonis locis a Piersono citatis genuinum ἀχθήσομαι nunc quidem e libris MSS. receptum videmus, nec omnino ἀχθεσθήσομαι apud veterum quemquam legitur, quin alterum aut in Codd. revera appareat aut in iis adhuc latere statuendum sit. Hoc sibi persuadeat, cui conferendi otium sit atque copia. Quare non dubito, quin Struvius Gr. Gr. T. I. p. 228. formam ἀχθεσθήσομαι ubique eiiciendam esse recte iudicaverit. In Luciani Hercul. c. 3. etiamnum vulgo ἀχθεσθησομένοις expressum; sed bonum factum, quod Codex Gorlicensis ἀχθησομένοις (f. ἀχθεσομένοις) servavit. Fieri autem facile potuit, ut Grammatici veteres vitiosam librariorum scripturam tanquam formam minus Atticam venditarent.

Ibid. Ἀναβιοῦν. Coisl. et Reg. revera habent ἀναβιῶν, Ἀττ. quod itaque reponendum. Cf. Buttmann. in Mus. Antiq. Stud. I. p. 236. De verbo ἀναβιώσασθαι active usurpato cf. Heindorf. ad Platon. Phaedon. p. 146. et qui eum ipsum locum Platonis profert, Thomam M. p. 66. Tengstroem. Missum faciam Schleusneri commentum in Miscell. Critt. a Friedem. et Seebodio editis Vol. I. P. 3. p. 536. Ἀναβιῶναι reponentis propterea, quod Moeris ἀναβιώσασθαι in lingua communi idem valere, quod in Attica dialecto ἀναβιῶναι, h. e. *revixisse*, tradidisse videatur. Hudsoni notulae addas: „Mihi vero locus sanus et integer videtur. Intelligitur Plato Comicus, non Philosophus, cuius fabulam Σκεναὶ Suidas laudat. Unde leg. Πλάτων Σκεναῖς, ἀναβιῶναι κ. λ. neque erit, quod cum Fabricio (Biblioth. Gr. II. 22. p. 746.) reponendum apud Suidam Σκύθαι pro Σκεναὶ censeas.“ Fischer.

---

*) Corrigas ἀχθέσει; namque sententiam suam de hac secundae personae forma ad Theaetet. p. 326. propositam rectractavit Heindorfius ad Protag. init., cui Bekkerus aliique accesserunt. Cf. Piers. et Sallierius infra p. 98. b. Non igitur audiendus est Loersius, V. Cl., ad Menex. p. 60. 61.

Σκευαῖς correxerat etiam I. Chr. Wolfius in Indice Edit. Huds. Summam autem inscitiam prodit Toupius Emendatt. in Suid. T. IV. p. 408. ed. Oxon. cum, in quo iam Fabricius peccaverat, *Σκευαῖς* in *Σκύθαις*, quamquam timidior quam confidentior, mutandum esse censet. Nempe error errorem parere solet. Scholiastes Aristophanis ad Av. v. 151. inter alia Melanthium quendam, actorem tragicum, a Platone Comico *ἐν Σκύθαις* exagitatum esse perhibet. Quod ut per se in Platonis fabulam *Σκευαὶ* inscriptam unice fere quadrare videtur, multis aliis de causis Scholiastam *ἐν Σκευαῖς* dedisse atque prava librarii scriptura Toupium defraudatum esse vero simillimum est. Namque, licet negari non possit, aliorum Comicorum *Σκύθαι* saepius memorari, velut Antimachi ab Athenaeo lib. VI. p. 243. C. 247. F. Polluce lib. VII. sect. 59. item Xenarchi ab eodem Athenaeo lib. IX. p. 367. B. X. p. 418. D. Platonis fabulam eiusdem argumenti a veterum quoquam, quorum huc qui pertineant loci, diligenter omnes collegi, laudatum reperire adhuc mihi non contigit. Contra de eius *Σκευαῖς*, quis est, quin saepius audiverit?

Omnino vero fabularum veterum Comicorum nomina quantopere cum a Grammaticis, Scholiastis aliisque id genus hominibus mediocriter doctis, tum a librariis inter se commutata atque adeo corrupta sint, dici vix potest. Ut in Platone consistamus, *Μωμοθήρας* ex fabularum eius catalogo dudum expulit magnus Porsonus. Idem faciam occasione invitante titulo *Πεδηταί*. Scholiastes Platonis in Menex. p. 391. ed. Bekk. ubi de Aspasia, Periclis uxore, sermo est, inter alia haec habet: *καὶ τὸν Λυσικλέα ῥήτορα δεινότατον κατεσκεύασατο, καθάπερ καὶ Περικλέα δημηγορεῖν παρεσκεύασεν, ὡς Αἰσχίνης ἐν διαλόγῳ Καλλίᾳ καὶ Πλάτων ὁμοίως Πεδηταῖς.* Ad Platonem Comicum a Bekkero in Indice p. 472. haec relata videmus. Atqui fabulae huiusmodi Platonicae vestigia in veterum pariter atque recentiorum scriptis frustra quaeras et altissimum de ea silentium obtinent, qui titulos diligenter enumerarunt, Suidas T. III. p. 124. ed. Kust. et Andronicus *περὶ τάξεως ποιητῶν* ap. Bekker. An. Gr. T. III. p. 1461. not. Num credamus, unicum Scholiastam nomen istius fabulae nobis reliquisse an errorem suum ipsi relinquendum esse?

Dicam quod sentio. Calliam, poëtam Comicum, argumentum illud tractandum sibi sumpsisse testis est Athenaeus, qui bis eius fabulae *Παδηταὶ*, sive *Vincti*, diserte mentionem facit, lib. IV. p. 176. F. lib. VIII. p. 344. E. testis est, ut alios mittam, Suidas s. v. Unde mihi suspicio suborta est, Scholiastae verba in hunc undum esse corrigenda: *ὡς Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς ἐν διαλόγῳ Καλλίᾳ καὶ Καλλίας ὁμοίως Πεδηταῖς*. Satis audacter, dicat aliquis. Sed ut Platonis scholia saepius descripta et ideo saepe depravata esse nemo harum rerum peritus negabit, ita hoc ipso loco erroris origo haud longe erit arcessenda. Videlicet cum *Καλλίας*, Aeschinis dialogus sic inscriptus, proxime antecedat, eius loco, qui scholia in Platonem philosophum describebat, Platonis Comici nomen infeliciter se obtulisse probabile est.

Prius haec a me in chartulas coniecta erant, quam eandem coniecturam in mentem venisse intellexi Dindorfio maiori Aristoph. Fragment. p. 21. qui *ὡς Αἰσχ. ὁ Σωκρ. ἐν διαλ. Ἀσπασίᾳ* insuper corrigens sic scribere debuisse Scholiastam recte perspexit.

Denique erroris plane ridiculi ansam dedit Harpocration T. I. p. 15, 25. ed. Lips. *Ἀναθέσθαι δὲ ὥσπερ πεττὸν τὸν βίον οὐκ ἔστιν. — Πλάτων ἐν Ἱππάρχῳ ἢ Φιλοκερδεῖ*. Toupius Emendd. in Suid. T. IV. p. 403. miratur neminem vidisse haec Platonis Comici esse et senarium esse rotundissimum: *Οὐκ ἔστι δ' ὥσπερ πεττὸν ἀναθέσθαι βίον*. Hunc igitur latuit veteribus Platonis philosophi dialogum Hipparchum *Φιλοκερδὴς* nomine laudari: in quo illa verba extant.

Pag. 20. *Ἀρούν*. Formam *ἀροτριᾶν* iam apud Theophrastum apparere, sed semel tantum, ut quasi furtim illata videatur, postea paullisper insuevisse, docet Lobeckius ad Phryn. p. 254. sq. *ἀρούν* habet etiam Aristoph. Plut. v. 525. Xenoph. Oecon. 4, 15. 16, 11. TENGSTROEM.

Pag. 21. *Ἀεὶ νῶν*. Praecepta Moeridis de vocc. *Ἀρούν* et *Ἀείνων* in Cod. Coisl. per errorem librarii totidem verbis repetita sunt post *Ἀκρατέστερον* etc. (p. 23.). Priori loco *ἀενάων* (pro *ἀέναον* Piers.), posteriori *ἀεν άων*, spatio vacuo

inter $\overline{\nu}$ et $\overline{\alpha}$ relicto, ubi videtur alterum $\overline{\nu}$ consulto esse omissum a librario haesitante de scriptura. Regius habet: *Ἀείνων, Ἀττ. ἀεννάων, Ἑλλ.* Scribendum sine dubio est *Ἀείνων, Ἀττ. ἀέννaον, Ἑλλ.* quod patet etiam e Phrynichi App. Soph. p. 22, 16. *Ἀείζων, πᾶν τὸ ἀεὶ ζῶν. τοιοῦτον καὶ τὸ ἀείνων καὶ τὸ ἀέννaον* etc. et *Συναγ. λέξ.* p. 348, 1. *Ἀείνων, τὸ ἀέννaον.* Illud *ἀείνων*, seu, ut in editionibus Aristophanis et apud Eustathium expressum est, *ἀεὶ νῶν* exhibet illius Ran. v. 146. quem in animo habuisse videtur Moeris. Longe frequentior forma *ἀέναος*, seu *ἀέννaος*, ex. c. Arist. Nub. v. 275. *ἀέναοι νεφέλαι.* Ran. v. 1336. *ἀεννάοις κύμασι.* Aesch. Suppl. v. 556. *τοὺς ποταμοὺς τ' ἀενάους.* Plato Phaedon. p. 238. Heindf. (p. 111. D. St.) *ἀενάων ποταμῶν.* Xenoph. Hellen. III. 2, 19. *λίμνη ἄέννaος.* Plato de Legg. lib. XII. p. 239. Bekk. (p. 966. E. St.) *ἄέναον οὐσίαν.* Xenoph. Cyrop. IV. 2, 44. *ἀνεναότερον ὄλβον.* Agesil. 1, 20. *ἀέννaον τροφήν.* de Vectig. 4, 17. *πρόσοδον ἀέννaον.* Eurip. Or. v. 1285. *ὦ Διὸς ἀέναον κράτος.* — Scripturae huius vocis per $\overline{\nu}$ simplex favet Heindorfius, sic apud Pindarum, Euripidem, Aristophanem ubivis fere vel scriptum in libris, vel metro postulante scribendum statuens ad Platonis Phaedon. l. c. ubi *ἀεννάων* retinuit Wyttenbachius p. 87. extr. Cf. Boeckhius ad Pindar. p. 482. s. Tengstroem. V. Schellenberg. ad Antimachi Reliqq. p. 71. Hermann. ad Eurip. Ion. v. 117. p. 13.

Pag. 22. *Ἄπλατον.* Grammaticus in Bekkeri An. Gr. p. 425, 7. *Ἄπλετον· ἄπειρον· λέγεται δὲ καὶ ἄπλατον.* Bene. Vox *ἄπλετος* reperitur etiam in Platonis Sophista p. 246. C. p. 382. ed. Heind. quem conferas. Vid. etiam Bastii Epist. Crit. p. 45. Tengstroem.

Pag. 23. *Ἀκρατέστερον* etc. Et Coisl. et Reg. habent *κόινον* pro *κοινῶς.* Eiusmodi Comparativorum in *έστερος* exempla sistit Matthiae Gr. Gr. p. 153. Pro *ἀκρατώτερον* hic ap. Moerin legendum esse *ἀκρατότερον* (ductum ab *ἄκρατος*) e Polluce VI. 24. monuit Porsonus. Vid. Schneider. ad Xenoph. Anab. I. 9, 6. Schaeferi Melett. Critt. p. 9. Heindf. ad Plat. Phaedon. p. 237. (p. 111. D. St.) ubi, pariter ac Wyt-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

adeo inepte. Nam praeterquam quod Adiectiva *ἀνθρώπειος* et *ἀνθρώπινος* in libris MSS. tam crebro commutata sunt, ut utrum potius eligendum sit, saepissime dubius haereas, praeterea scriptores optimos utramque formam usurpasse certissimum est. Sic illud ipsum *ἀνθρωπίνη φύσις* a Moeride damnatum Plato tuetur de Legg. lib. IX. p. 854. A. lib. XII. p. 947. E. Epinom. p. 976. E. Xenophon Hist. Gr. lib. VI. cap. 52. Et coniunota habemus Plat. Sympos. p. 189. D. *ἀνθρώπειον γένος* et *ἀνθρωπίνη φύσις*. de Legg. lib. IV. p. 713. C. *ὡς ἀνθρωπεία φύσις οὐδεμία ἱκανὴ, τὰ ἀνθρώπινα διοικοῦσα αὐτοκράτωρ πάντα*. Cf. Xenoph. Mem. lib. I. cap. 1. §. 12. cap. 2. §. 18. De qua variatione videsis quae dicam ad p. 105. Forma autem *ἀνθρώπινος* primum Platonem esse usum quo iure contendat Lennepius ad Phalar. Epp. p. 263. nunc quidem definire nequeo. Contra labentis Graecitatis scriptoribus *ἀνθρωπεία φύσις* haud infrequens, velut Aristid. T. I. p. 31. ed. Iebb. all. De his multi multa. V. Duker. ad Thucyd. lib. III. cap. 40. Wesseling. Observatt. I. 30. Rhoer. ad Porphyr. de Abstin. p. 14. Fischeri Index in Theophrast. Char. s. v. Heindorf. ad Plat. Hipp. Mai. §. 20. Schaefer. Melett. Critt. p. 2. Poppo Observv. in Thucyd. p. 144. Tragicos formam *ἀνθρώπειος*, utpote grandiori orationi magis convenientem, alteri *ἀνθρώπινος* praetulisse edisserit Blomfieldus Glossar. in Aesch. Agam. v. 910. p. 227. ed. Lips.

Pag. 25. *Ἀδολέσχης*. V. Lobeck. ad Phryn. p. 25.

Ibid. *Ἀθήναζε, Ἀττ. ἐξ Ἀθηνῶν, Ἑλλ.* Etiam in nostris Codd. sic male scriptum est. *Ἀθήναζε* Atticis vulgatum. At dixerunt etiam *εἰς τὰς Ἀθήνας*, ut ex. c. Plato init. Hipp. Mai. *εἰς Ὀλυμπίαν* Epist. VII. p. 477. Bekk. Cf. Apollonius ap. Bekk. p. 618. Thomas M. p. 14. sq. Gregorius. p. 165. sq. De locutione *ἐπιχωριάζειν Ἀθήναζε* v. Gramm. ap. Bekk. p. 352. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 4. Wolf. ad Plat. Phaedon. p. 7. TENGSTROEM.

Ibid. *Αἰσχυντηλοὶ, Ἀττ. αἰσχυνητροὶ, Ἑλλ.* Sic Coislinianus teste Tengstroemio; in Regio *Αἰσχυντηλὸς* et *αἰσχυντηρός*.

Pag. 26. *Ἀποκτεινύναι.* Pro *ἀποκτιννύειν* Codd. Coislin. et Regius apud Tengstroem. exhibent *ἀποκτείνειν.* Ceterum cf. Schaeferi Appar. in Demosth. T. IV. p. 37. Hermanni Praef. ad Soph. Antig. p. XXIII. ed. tert.

Ibid. *Ἀνοητίαν.* Sic et in Cod. Coisl. et Regio clare exaratum auctore Tengstroemio, non *Ἀνοητίας*, uti Piersonus refert. Cf. etiam Lobeck. ad Phryn. p. 506.

Pag. 27. *Ἀνάθημα.* Turbat haec Zonaras T. I. c. 188. Lobeckius ad Phryn. p. 249. formam citerioris Graecitatis *ἀνάθεμα* non uno illustrans exemplo apud Plutarchum tamen Pelop. cap. 25. mutari mavult in *ἀνάθημα.* Ad haec vero Schaeferus in Animadvv. Vol. V. p. 11. „Sane, crepat, magistri docent *ἀττικῶς* dici *ἀνάθημα, ἑλληνικῶς ἀνάθεμα.* Sed gravissimus scriptor, si haec decreta legeret, suaviter rideret quidquid est Atticistarum.“

Ibid. *Ἀπεῖπα, Ἀττ. ἀπεῖπον, Ε.* Nihil fortasse mutandum. Aoristi formam Ionicam *εἶπα*, postea Alexandrinis frequentatam (cf. Creuzeri Commentatt. Herodott. I. p. 81.) Atticis scriptoribus non displicuisse ostendit Schaefer. ad Dionys. Halic. de Compos. Verbb. p. 436. *εἶπας* Aeschyl. Sept. c. Theb. v. 808. Pers. v. 298. 795. Agam. v. 924. Aristoph. Eccles. v. 538. Acharn. v. 587. ubi Brunckius dederat *εἶπες* (cf. eundem ad Thesmoph. v. 748.) *προσεῖπας* in fragmento Comici v. *Χαίρειν* (p. 379.) *προεῖπας* Xenophon Cyrop. II. 2, 19. *εἶπα* Philemon ap. Bekker. p. 476, 17. *προσεῖπα* Eurip. Cycl. v. 101. De imperativi forma *εἰπὸν* cf. Schneider. ad Xenoph. Memor. III. 6, 4. Lobeck. ad Phryn. p. 348. Eam Aristoph. Eccl. v. 256. adsciscendam urget Dindorfius ad h. vers. Tengstroem. Add. Etym. M. p. 302, 26. Fischer ad Weller. T. III. P. I. p. 89. Sturz. de Dial. Maced. p. 63. Boeckh. ad Pind. Ol. VI. 92. Iacobs ad Anthol. Pal. p. 62. Bornemann. ad Xenoph. Sympos. cap. 4. §. 56. p. 148. De Imperativo *εἰπὸν* Buttmann. in Exc. I. ad Plat. Menon. p. 70. sqq. Hermann. ad Eurip. Ion. v. 345. p. 32. Schaef. in Demosth. T. II. p. 476.

Ibid. *Ἀνυπόδητος.* V. Lobeck. ad Phryn. p. 445.

Ibid. Ἁλυκόν. Eundem Aristophanis locum in animo habuisse videtur Grammaticus in Bekk. An. Gr. T. I. p. 383, 20. et fortassis ex aliis Comici locis notavit Phrynichus Apparat. Soph. ibid. p. 80, 14. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 210. not.

Pag. 28. Ἀπέκτονεν — ἀπέκταγκεν. In Codd. nostris legitur, ut edidit Piersonus. In loco Suidae, quem protulit Piersonus: Ἀπεκτάκασι καὶ ἀπεκτόνασι. Μισοῦσι μὲν, ὦ πάτερ, Θράσωνα, ἀπεκτάκασι δ' οὔ. pro ἀπεκτάκασι e Grammatico Bekkeri p. 429, 27. legendum esse videtur ἀπεκτάγκασι, fragmentumque de cetero e Toupii emendatione in Epist. Crit. Opusc. Critt. T. II. p. 28. ed. Lips. ita numeris suis restituendum:

ὦ πάτερ,
Μισοῦσι μὲν Θράσων', ἀπεκτάγγασι δ' οὔ.

De formis ἀπέκτακα, ἀπέκταγκα cf. Lobeck. ad Phryn. p. 36. de forma ἀπεκτόνηκα Bastius Epist. Crit. p. 242. ed. Lips. Exemplis ab hoc laudatis addi potest Xenoph. Hier. 3, 8. τοὺς δὲ τυράννους πολλοὺς μὲν παῖδας ἑαυτῶν ἀπεκτονηκότας, ubi vero Stobaeus praebet ἀπεκτονότας. Tengstroem. Add. Fischer. ad Weller. T. II. p. 250. Thom. Mag. p. 89. Ἀπέκτονα κάλλιον ἢ ἀπέκτεινα. ἀπέκτανον δὲ ἀδόκιμον πάντη. Tentat Schleusnerus in Miscell. Critt. a Friedem. et Seeb. editis Vol. I. P. 3. p. 536. ἀπέκταγκα δὲ ἀδόκιμον πάντη. coll. 2 Regg. 4, 12. Cf. Elmslei. ad Eurip. Med. v. 774. p. 211. not. ed. Lips.

Pag. 29. Ἄκναπτον. Gramm. Bekkeri p. 338, 27. Ἄγναπτος, καὶ διὰ τοῦ γ, καὶ διὰ τοῦ κ ἔλεγον τοὔνομα. Cf. Brunck. ad Aristoph. Plut. v. 166. Thesmoph. v. 175. Tengstroem. Ibid. not. 57. Hudsoni annotatio integra est: „V. H. Stephanum de Dialectis Gr., cuius coniectura ex hoc loco firmatur."

Ibid. Ἀωρί. — ἀωρία. Posterius ἀωρία Atticis vocabulis annumerat Phrynichus Appar. Soph. in Bekk. An. Gr. T. I. p. 4, 22. et alius Grammaticus ibid. p. 476, 10. νυκτὸς ἀωρὶ habet etiam Theocritus Id. XI. v. 40. XXIV. v. 38.

Pag. 31. Ἀπόλλω. Pro Ἀπόλλωνα ambo Codd. habent vitiose Ἀπόλλονα, quam scripturam exhibet etiam ex. c.

Schol. Aesch. Prom. v. 49. Tengstroem. De Accusativo illo v. Porsonus ad Eurip. Orest. v. 584. p. 57. ed. Schaef. tert. Atticos autem non constanter Ἀπόλλω dixisse, ut ille contendit, docet Hermannus ad Soph. Trachin. v. 208. p. 44. Cf. etiam Hanovius Exercitt. Critt. in Com. Gr. p. 107. sq.

Pag. 32. Ἄχρι. Cf. Herodianus infra p. 409. Idem ab aliis Grammaticis, Thoma M. p. 135. Phrynicho p. 14. sq. verissime, nisi fallor, praeceptum. Quae quondam pervulgata erat opinio, Graecos ἄχρι et μέχρι sequente consona, ἄχρις vero et μέχρις ante vocalem posuisse, peritiores postmodo ita mutandam esse intellexerunt, ut in solos poëtas normam illam quadrare statuerent. Et profecto in Atticis prosae orationis scriptoribus ἄχρι et μέχρι subsequente vocali, tanquam μέχρι ἐνταῦθα, μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν, ubique fere e Codd. melioris notae nunc adscitum videmus, alteram formam in eorum scriptis paene obliteratam. In Platone iure primus id fecit Fischerus ad Phaedon. cap. 5. p. 254, et iustis causis motus, Imm. Bekkerus, a quo, quos ad Gorg. p. 137. Heindorfius congessit locos, ii nunc omnes e Codd. emendati sunt. V. Stallbaum. ad Phileb. p. 39. ad Phaedon. p. 183. ad Sympos. p. 128. quidquid contradicat Loersius ad Menex. (quem tamen dialogum a Platonis manu non esse profectum demonstrare nuper aggressus est Goettlingius ad Arist. Polit. p. 328, 329. rationibus usus haud contemnendis) p. 155. Cf. Schaefer. App. in Demosth. T. III. p. 353. T. IV. p. 303. et Animadvv. ad Plutarch. Vol. V. p. 268. 269. Baehrius ad eiusd. Pyrrh. cap. 10. p. 165. In Xenophonte ἄχρις et μέχρις etiamnum hic illic legas, veluti Anab. II. 3, 2. III. 4, 8. V. 1, 1. 5, 4. Hist. Gr. VI. 5, 37. Bornemann. ad Anab. I. 4, 13. p. 41. De Thucydide v. Poppo in Proleg. T. I. p. 215. P. 1. Vol. I. p. 417. sq.

Ibid. Ἀσταφίς. Cf. Bekk. An. Gr. T. I. p. 453, 27. Koen. ad Greg. Cor. p. 454.

Ibid. Ἀσχαρίζειν. Sic Apogr. Voss. Cf. Phryn. App. Soph. p. 24, 17.

Pag. 33. Ἀιαίλουρος. Legendum sine dubio αἰέλουρος. Cf. Brunck. ad Aristoph. Acharn. v. 887. Versum Anaxan-

dridae a Piersono refictum ulterius egregieque emendat Porsonus Adversarr. p. 97. (84. ed. Lips.). Tengstroem. Zonar. T. I. c. 66. cum Etym. M. fere concordans: *Αἰέλουρος, ζῶον τοῦτο. — γράφεται δὲ καὶ αἴλουρος.* ubi Cod. Dresdensis priori loco similiter *Αἰάλουρος*. V. Buttmannus Lexilog. T. II. p. 77. Add. Artemidor. lib. III. cap. 11.

Pag. 34. *Ἀρύτεσθαι.* Grammaticus Bekkeri p. 448, 24. *Ἀρύτεσθαι, σὺν τῷ τ λέγουσι, καὶ οὐκ ἀρύεσθαι. Πλάτων Νόμοις· ὧν ὁ μὲν ἀρυτόμενος ὅθεν τε δὴ καὶ ὁπόσον καὶ ὁπότε.* Activum *ἀρύτω* habet Plat. Phaedr. p. 253. A. quem locum respiciunt Procli in Alcib. prior. Commentarii p. 26. sq. ubi *ἀρύσωνται* auctoritate Moeridis tuetur Creuzerus. Eadem ratio in formis *ἀνύτω, ἀνύω*. Cf. Gregorium p. 69. ibique VV. DD. Tengstroem. Platonis locus a Grammatico ap. Bekk. laudatus est de Legg. lib. I. p. 636. D. *ὧν ὁ μὲν ἀρυτόμενος, ὅθεν τε δεῖ καὶ ὁπότε καὶ ὁπόσον.* V. Brunck. ad Aristoph. Nub. v. 272. Valckenar. ad Thom. M. in eiusdem, Ruhnkenii et al. Epist. p. 150. ed. Tittmann. inprimis Porsonus ad Eurip. Phoeniss. v. 463. p. 38. sq. ed. Lips. tert. Monk. ad Hippol. v. 209. p. 29.

Ibid. *Ἀπέδραν.* V. Lobeck. in Parerg. ad Phryn. p. 737. Phrynichus Appar. Soph. ap. Bekk. An. Gr. T. I. p. 11, 1. *Ἀπέδραν, ἐκτεταμένου τοῦ ἐπὶ τέλους α.* Zonar. T. I. c. 274. *Ἀπέδραν καὶ ἀπέδρα χρὴ λέγειν, οὐχὶ ἀπέδρασα καὶ ἀπέδρασεν*

ἔλυσα ἐμαυτὸν, εἶτ' ἀπέδραν μόνος —

καὶ Πλάτων. ὁ γάρ τοι παῖς με ὁ Σάτυρος ἀπέδρα. Versus est Menandri e *Δαιταλεῦσι*, ut Suidas diserte dicit, ultima verba tantum, et vitiose quidem, exhibens. Extrema autem ad Platonem Comicum referenda esse puto. *ἀπέδραν* pro *ἀπέδρασαν* dixit Sophocles Aiac. v. 167.

Pag. 35. *Ἄξομαι.* Futura Activi et Medii in nonnullis verbis apud Atticos promiscue usurpari satis notum; v. Heindorf. ad Plat. Phaedon. §. 106. p. 181. Huc referendum esse etiam *ἄξομαι* nostrum et *ἄξω*, Grammaticorum exempla ostendunt. V. Bekk. An. Gr. T. I. p. 413, 1. Unicum in medium proferam Platonis locum ex Hipp. Mai. p. 286. C. *ἀλλ'*

ὅπως παρέσει καὶ αὐτὸς καὶ ἄλλους ἄξεις, ubi Tengstroemius festinans reponi mavult ἄξει. Codices miro consensu ἄξεις suppeditant, eorumque fidem iure secutus est Bekkerus.

Pag. 40. Ἀμόργινον. Idem restituendum Zonarae T. I. c. 155.

Pag. 47. Ἀλίσας. Vox rarissima, neque nisi in Grammaticorum libris nunc obvia. Zonar. T. I. c. 139. ἀλίσας; ἀντὶ τοῦ κονίσας. In Psello ibid. p. CXV. v. 7. pro ἁλίσας rescribendum ἀλίσας.

Pag. 48. Αἰμασιά. V. Ast. ad Plat. Legg. p. 150.

Pag. 49. Ἀμπεχόνιον. Etymol. M. v. et Zonaras T. I. c. 150. hocce servarunt fragmentum: καὶ γὰρ ἦν αὐτῇ ἱμάτια, καὶ περιζώνια (Apogr. Kulenkampii περιζώματα, Etym. περίζωμα), καὶ ἀμπεχόνια δύο. ἀμπεχόνη magis in usu fuisse videtur. Pro Ἑλληνικῶς scribendum κοινῶς aut Moeris gravi errori obnoxius censendus est. Nam λεπτὸν πέπλον ut Euripides dixit in Med. v. 768. (919.) ita λεπτὸν ἱμάτιον apud Atticos non semel occurrit.

Ibid. Ἀποφράδες ἡμέραι. Piersoni diligentiam desideramus. Etenim in verbis ἢ αἱ πρὸς πράξεις ἐπιτήδειοι vox πράξεις uncis inclusa ab Hudsono: deinde Apogr. Voss. habet ἀπηγορευμέναι δὲ τὰς πράξεις.

Ibid. Ἀργυραμοιβοί. De his accurate egit C. F. Hermannus ad Lucian. de conscr. hist. p. 76.

Pag. 53. Ἀσκάντης. κράββατος Apogr. Voss.

Pag. 56. Ἀφυπνίσαι. Recte sic emendatum. Georg. Lecapenus ap. Matthaei Lectt. Mosqq. Vol. I. p. 59. Ἀφυπνίσαι, Ἀττικῶς. ἐξυπνίσαι δὲ οὐκ ἔστιν. Cf. Bekk. An. Gr. T. I. p. 573, 8.

Pag. 59. Ἀμφιμάσχαλος. Χειριδωτὸς χιτών legitur apud Herodot. lib. VII. cap. 61. Cf. Pollux lib. II. sect. 151. VII. 58. Zonar. T. I. c. 144. Casaubon. ad Sueton. Caes. p. 72. Compar huic sed rarissimum quodque notatu dignum habuit Ernestus Observatt. Philol. Critt. p. 92. Adiectivum est χειρόδετος, *ad manus colligatus*, formatum ut ἀκρόδετος, Ioseph. Ant. Iud. lib. VII. cap. 8. §. 1.

Ibid. *Ἀνακραγεῖν.* V. Bastii Epist. Crit. p. 219. sq. ed. Lips.

Pag. 63. *Ἅλμην, τὸ* etiam Apogr. Voss.

Pag. 73. *Ἀμήν. — ἢ μόνος Ξεν.* Sic MS. Coisl. et Apogr. Voss. non accurate id observatum Piersono. Verbis *ἀντὶ τοῦ* adscripserat I. C. Wolfius: „Pricae. ex Phrynicho legit: haec nota MS. Huds. erat addita. Alberti Obss. p. 106.“

Pag. 79. *Ἀφρόντιστεῖν.* Apogr. Voss. *Ἀφροντιτιστεῖν.* Cf. Zonar. T. I. c. 359. ubi pro *ἀμεριμνεῖ* scribo *ἀμεριμνᾷ.*

Pag. 80. *Ἀναδάσασθαι — ἀναμερίσασθαι.* Apogr. Voss. *ἀναμερίζεσθαι.* Sed v. Bekk. An. Gr. T. I. p. 396, 6. Zonar. T. I. c. 197.

Pag. 82. *Ἀμέμπτους — τοὺς μὴ ἀξίους μ.* Illam negationem, quae Codd. omnibus deest, *Pricaeum habere* in margine Apogr. Voss. notatum vidit I. C. Wolfius.

Pag. 83. b. v. penult. Integra Hudsoni nota sic se habet: „Ita legendum coniicio ex Scholiaste in Aristophanis *Ἱππεῖς* v. 262. In MS. voci *Ἀδδηφ.*“ etc. Ad quae Fischerus: „Totum locum ita restituit Hudsonus haud dubie non tam ex ipso Scholiaste, quam e Suidae verbis his: *ἀγκυρίσας, ἀντὶ τοῦ καταπαλαίσας:* quae tamen, ut Kusterus ad eum locum scienter observat, petita sunt e Schol. Aristoph. d. l.“ Cf. Zonar. T. I. c. 36.

Pag. 89. *Βαλλάντιον.* De scriptura omnia congessit Bornemannus ad Xenoph. Symp. cap. 4. §. 2. p. 100. Cf. Schaeferus Animadvv. ad Plutarch. Vol. V. p. 351.

Pag. 92. *Βρύκειν.* I. C. Wolfius ad haec: „Affert Spanhem. T. I. p. 117. de Numis.“ Hermannus ad Sophocl. Philoct. v. 735. p. 133. etsi verba *βρύκειν* et *βρύχειν* origine unum sint, usu tamen aliquid discriminis invaluisse statuit, et hoc quidem *frendere*, illud *mandere* significare.

Pag. 96. *Βαλβίδες. — βαλβὶδ' ἀπόδος, θέτε πόδα παρὰ πόδα* etc. Ita Piersonus postrema haec verba ex emendatione Salmasii et Valesii constituit, quoniam meliora dare ipsi tum non licuit. Codices, quos inter Apogr. Voss. *βαλβίδα ποδὸς* auctore Wolfio praebet, neque vero *πόδας*, uti

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access

$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Pag. 99. *Γεννηταί.* Bis ita Apogr. Voss. Dein *τὸ παλαὶ δὲ κεκόσμητο δίχα*, et *οὗτοι δὲ πάλιν διῄρ.* Reliqua Piersonus indicavit. Ceterum nota 5. prior Hudsono tribuenda, cuius nomen per errorem excidit.

Pag. 100. *Γέλων.* — *Ἑλληνικῶς* prae *κοινῶς* praefert etiam Apogr. Voss.

Pag. 101. *Γρίφοι. προβαλλόμενα* etiam in Apogr. Voss. exaratum.

Pag. 102. *Γραῦς, πληθυντικῶς, Ἀττ. γραίας, Ἑλλ.* Pro *γραίας*, quod Piersono placuit, e Codd. MSS. et Thoma M. p. 195. *γραῖαι* reponendum videri posse ait Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. v. 1026. at vulgatam lectionem *γραία* tueri Etymol. M. *γραῦς, Ἀττικῶς, ἡ παλαιὰ γυνή.* Addo nunc Zonaram T. I. c. 453. *γραῦς καὶ κλίνεται γραός· ἔστι καὶ ἡ γραία, τῆς γραίας.*

Ibid. *Γλαμῶσα, Ἀττ. λημῶσα, Ἑλληνικῶς. κοινόν, ἀμφότερα.* Ita hunc articulum constituit Toupius Emendd. in Suid. T. IV. p. 408. ed. Oxon. Fortassis recte.

Pag. 104. *Γαλῆ.* Apogr. Voss. *Γαληά*, et mox *γαλέα.*

Pag. 105. *Γραμματοκύφωνα — περίτριμμα ἀγορᾶς.* I. C. Wolfius: „περιτρημα MS. d. adscriptum erat: ἴσ. περίτριμμα.“

Pag. 106. *Γέλγη* etc. Apogr. Voss. *Γένη καὶ γεγοπάλις, Ἀττικῶς. Ῥωπος* (sic) *καὶ ῥωποπόλης, Ἑλλ.* Luciani locum, quem tetigit Piersonus, inquinavit Toupius Emendd. in Suid. T. IV. p. 106. corrigendo *ἐπὶ τὴν γέλγην ἁπαντᾶν*, ut locus indicetur, ubi *γέλγη, scruta* sive *frivola* venduntur. Nempe *ἡ γέλγη* Graecis fuisse inauditum ignorabat.

Pag. 107. *Γυμνάσεται.* Apogr. Voss. *Γυμνάσηται.*

Pag. 108. *Διωκάθειν.* Hudsonus non *Ἀττικῶς*, sed *Ἀττικῶν* dedit. Paullo post in verbis *καὶ Ἰώνων* particulam non agnoscit Montfauc. in Bibl. Coisl. Ceterum prorsus nova est Elmsleii sententia ad Eurip. Med. v. 186. p. 106. ed. Lips. proposita, omnes istas verborum formas in *αθειν* meros esse aoristos atque scribatur oportere *εἰκαθεῖν* etc. Quod quidem inventum Buttmannus tacite improbasse mihi videtur

neque Hermanno ad Soph. Antig. v. 1083. p. 256. ed. tert. et ad Oed. Col. v. 1019. p. 204. de probabilitate eius persuasum esse video. Etenim cum certi stent atque firmi similes praesentis temporis Infinitivi *τελέθειν*, *μινύθειν* aliique, ut *μινύθουσιν* Sophocl. Oed. Col. v. 692. satis probat, profecto non est, quod de illis in *αθειν* dubitemus.

Pag. 110. *Διαγράφειν — Πολιτικῶν γ'.* Sic etiam Apogr. Voss.

Pag. 112. *Δεδιηκόνηκα, Ἀττ. διηκόνηκα, Ἑλλ.* Sic Moeridem scripsisse arbitratur Valckenarius Diatr. in Eurip. Reliqq. p. 278. c. sive 289. ed. Lips. propterea quod infra annotatum sit: *Πεπαρώνηκεν, Ἀττ. παρώνηκεν, Ἑλλ.* atque Hesychius habeat *Δεδιηκόνηκεν.* Rem expediit Piersonus.

Pag. 115. *Διαβιβῶ.* Add. *καλῶ* Eurip. Ion. v. 1155. *γαμῶ*, quod illustrat Bornemannus ad Xenoph. Symp. cap. 1. §. 15. p. 59. cap. 9. §. 7. p. 222. Alia v. ap. Kidd. ad Dawesii Miscell. Critt. p. 117. 132. 603. Buttmann. Gramm. mai. T. I. p. 403.

Ibid. *Δυσωπεῖσθαι.* Ubi praeclaram C. F. Hermanni observationem in Lucian. de conscrib. hist. p. 251. legeris, nihil ultra requires.

Pag. 117. *Δεικνῦσι.* V. Goettlingius ad Theodos. Gramm. p. 211. Schaefer. App. in Demosth. T. IV. p. 455. et de sequenti *Δρύφακτος* idem ad Plutarch. T. V. p. 38.

Pag. 119. *Διανεκεῖ λόγῳ.* In Platonis Hipp. Mai. hanc formam, quae Attica fuisse videtur, cum optimi libri, tum Scholiastes p. 394. ed. Bekk. praeferunt. Reposuit eam Blomfieldus etiam in Aeschyli Agam. v. 310. Sed loquitur ibi chorus. Ipsa vocis origo nemini ambigua esse potest, qui ad *ἠνεκής* et *ἤνεγκα* recedere velit. Tamen fefellit Blomfieldum, in etymo *διά* et *ἐνείκω, fero*, acquiescentem (v. Glossar. eius p. 212.), quod praeter alia memorat Zonaras T. I. c. 528. rectius certe *ἐνέκω* exhibens.

Pag. 122. *Δένδροις.* Georg. Lecapenus ap. Matthaei Lectt. Mosqq. Vol. I. p. 61. *τοῖς δένδροις μὲν γράφεται κοινῶς, τοῖς δένδρεσι δὲ Ἀττικῶς.* V. Intpp. ad Greg. Cor.

p. 61. sp. Bast. Epist. Crit. p. 185. sq. ed. Lips. Boissonad. ad Philostr. Her. p. 369. Coraës ad Heliodor. p. 132. De poëtis quid statuendum sit, docet nos Hermann. ad Soph. Antig. v. 709. p. 166. ed. tert.

Pag. 124. b. Confusionis vocc. *αἴσχιστος* et *ἔχθιστος* exempla dedit. Monk. ad Eurip. Alcest. v. 1042. Elmsleius ad Med. p. 317. not. ed. Lips.

Pag. 128. a. In Scholiasta Aristophanis et Etymologo pro *βλάψαι* vel *βάψαι*, quod multis defendere studet Tittmannus ad Zonar. T. I. c. 602. cum Lobeckio in Aglaopham. T. I. p. 632. not. *n*. malim *θάψαι*.

Pag. 128. *Ἑφεστρὶς — καὶ πύρκην*. Apogr. Voss. *πύρκὴν* (sic), ex adverso tamen *πορκὸν* scriptum. Quod in fine legitur *κολύμην*, mihi non satisfacit: nam de vestibus quum ante dictum sit, nomen nunc exspectamus, quod proximis *σέλα* et *ἀστράβη* certe aliqua ex parte respondeat. Ceterum v. Bornemann. ad Xenoph. Symp. cap. 4. §. 38. p. 136.

Pag. 130. *Ἐρρηφόροι*. „Accusativum *δρόσον* Sallierius et Piersonus ferri posse negant; quibus adsentiens Kulenkampius ad Etym. M. p. 762. *τὴν πομπὴν τελοῦσαι* emendat. Sed *δρόσου* nomine ille (Moeris) sine dubio inferias intelligi volebat, quas ut ceteris heroibus heroinisque, ita etiam Hersae datas esse credi par est; recteque sane Grammaticus *Roriferas* ab eo quod ferrent dictas existimat, non ab ea cui ferrent; neque incommode illam adsperginem, qua mortuorum monumenta irrorarent, antiquo sermone *rorem* vocari sumsit.“ Hancce eximiam Lobeckii observationem ex Aglaopham. T. II. p. 872. quin integram huc transscriberem, eo minus dubitavi, quo simplicius difficillima illa quaestio nunc ad liquidum perducta est quoque facilius alia huc pertinentia (ex. c. Zonar. T. I. c. 866. *Ἑρσηφορία, δροσοφορία*, ubi haesit editor) poterunt explicari. Quanto intricatiora autem protulit Odofr. Muellerus in libello de Minerva Pol. p. 15. qui *ἔρσας* vocatas esse existimat frondes recentes et ramusculos, et hoc esse mysterium illud, quod Arrhephorae sub exitum muneris ex aede Minervae in specum sacram intulisse dicantur, successuris reportandum. Fontem huius explica-

tionis indicat Pausaniam lib. I. cap. 27. Sed fraudulentam rei imaginem inde nobis proposuit vir ingeniosissimus: nam in nostris Pausaniae editionibus de ramulis *οὐδὲ ψεψάλυξ*.

Pag. 134. *Ἑλῶ*. Cf. Hermann. ad Soph. Oed. Col. v. 1454. p. 286. Hanovius Exercitt. Critt. in Comic. Gr. p. 116. sq.

Pag. 141. *Εἰς Διονυσίου, Ἀττ.* Hanc loquendi rationem, Graecis omnium maxime celebratam, multi viri docti praeter eos, quos Piersonus in medium protulit, exemplis illustrarunt. V. Intpp. ad Lucian. Hermot. c. 32. p. 827. ed. Hemsterh. ad Amor. §. 44. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. lib. I. cap. 24. Olear. ad Philostr. V. A. lib. II. cap. 27. extr. Duker. ad Thucyd. lib. III. cap. 106. Fischer. ad Weller. Vol. III. P. I. p. 255. P. II. p. 158. 159. Reiff. ad Artemidor. T. II. p. 298. sq. Kuster. ad Aristoph. Nub. v. 420. (443.) Iensius Lection. Lucian. II. 2. p. 140. Bos. Animadvv. p. 8. Vechner. Hellenol. p. 70. sq. ed. Heus. Bergler. ad Alciphr. lib. III. ep. 64. Heusinger. ad Plutarch. de puer. educ. cap. 11. p. 94. Heynius in Homer. T. VIII. p. 659. Porsonus in Maty's Rev. p. 67. Elmsleius ad Aristoph. Acharn. v. 1222. p. 127. ed. Lips. In huiusmodi locis fere omnibus *δόμον*, vel *οἶκον*, vel *γυμνάσιον*, prout aptum cuique loco videatur, supplent. Apud Latinos scriptores ellipsin illam, qua *aedes* vel simile quid omissum esse volunt, non ita frequentem dixeris. Terent. Adelph. IV. 2, 43. *ubi ad Dianae veneris, ito ad dextram.* Cic. ad Divers. VIII. 4. *Sed cum Senatus habitus esset ad Apollinis.* pro Mil. cap. 33. *cum falcibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volitarunt.* Alia dedit Ramshornius Gr. Lat. mai. p. 708. ed. pr. Haec satis trita. Minus recte autem linguae nostrae indolem perspexisse videtur Riemerus, quem et alii temere secuti sunt, in Lexico Graeco s. v. *εἰς* conferens vernacula *zu Kantor's, zu Pachter's gehen* et quae sunt id genus alia: nam in his minime de secundo casu singularis numeri, sed de tertio plurali cogitandum esse vel inde apparet, quod totam familiam complectentes dicimus *Richters ihr Haus, die Müller's sind brave Leute* etc.

Pag. 144. a. b. De verbis *ἀπεμπολεῖν* et *διεμπολεῖν* similibusque acute, ut solet, disputavit Lobeckius in Parerg.

ad Phryn. p. 584. unde apparet, veteres Atticos illis formis abstinuisse. Errorem, quo homo quidam doctus *διεμπολήσομεν* in Euripidis Bacch. v. 512. ad Infinitivum *διεμπολεῖν* retulit, posteriores iidemque peritiores huius fabulae interpretes correxerunt. Cf. praeter eos, quos in Indice nominavi, Schaefer. Melett. Critt. p. 85. Iacobum ad Luciani Tox. p. 102. Sed recentiores quum ita omnino locuti sint, Piersonus Hesychii glossam *᾽Απεμπολεῖ* non mutare debuerat in *᾽Απεμπολᾷ*.

Pag. 150. *᾽Επηλυγαζόμενος — λύγη γὰρ ἡ σκιά.* Adscripserat I. C. Wolfius: „*ἠλύγη*. V. Wasse ad Thucyd. p. 402. Adde Dukerum.“

Pag. 157. a. *ἀναζωπυρεῖν* notione *revalescendi* figurata legas apud Plutarch. Timol. cap. 24. *οὕτω δὲ τῆς πόλεως ἀναζωπυρούσης καὶ πληρουμένης.*

Pag. 158. *῞Ην᾽ ᾽Αττ. ἤμην, ῾Ελλ.* I. C. Wolfius: „*῞Η, ᾽Αττικοί. ἤμην, ῾Έλληνες.* Ita Montfauc. Vide in *῞Ην*, quo omne pertinere puto.“ Cod. Coisl. *ἦ*, cui lectioni non defuturos esse patronos vere praevidit Piersonus. Platoni permultis in locis illam veteris Atticismi formam reddidit Bekkerus, Codicum auctoritate nisus. V. Heindorf. ad Protag. p. 310. E. Quid? quod Elmsleius apud tragicos poëtas in prima persona ubique *ἦ* scribendum esse iubet? Sed de tota hac quaestione omnes norunt certius aliquid attulisse Hermannum in Praefatione Sophoclis Oedipo Regi praemissa, cui paucula adiecit in annotatione ad Eurip. Alcest. v. 665. De communis Graecismi forma *ἤμην* nonnulla invenies ap. Valckenar. Opusc. T. II. p. 293. ed. Lips.

Pag. 159. *῞Ηδη*. V. Elmsleius ad Aristoph. Acharn. v. 35.

Pag. 161. *῞Ημελλον*. Arctius haec definit Scholiastes Apoll. Rhod. ad lib. I. v. 1309. *᾽Ιστέον δὲ, ὅτι οἱ μεθ᾽ ῞Ομηρον ποιηταὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ ε̄ ἀρχομένους παρατατικοὺς τῷ η̄ γράφουσιν, ἤμελλον, ἠβουλόμην, καὶ τὰ ἑξῆς.* Sed alterum quoque apud Atticos saepenumero inveniri satis notum: quin utrumque, *ἐδυνήθη* et *ἠδυνήθη*, in uno eodemque loco Xenophontis se offert, Cyrop. I. 1, 5. Scilicet Graeci,

cum brevi intervallo idem repetendum esset verbum, tali variatione delectabantur.

Pag. 162. *Ἠνέσχετο.* Formam Graecis revera inauditam *ἠνεχόμην*, quam Piersonus nihil mali suspicans offert Sophocli, Aristophani atque Platoni (cuius in Charmide *ἠνέχετο* vitium est Editionis Francofurtanae typothetae commissum), magno consensu exploserunt Porsonus in Supplem. Praef. ad Eurip. Hecub. p. XIX. sq. ed. Lips. tert. Erfurdtius ad Sophocl. Antig. v. 463. p. 105. ed. Herm. tert. Reisigius Coniectt. p. 217. sq. et nuperrime Rudolphus Hanovius Exercitt. Critt. in Comicos Gr. Lib. I. p. 104.

Pag. 163. *Ἥττω.* Pro *Ἑλληνικῶς* h. l. reponendum esse *κοινῶς* sive *κοινὸν*, quod Hudsoni editio occupat, corrigens monuit Piersonus p. 353. b.

Pag. 165. *Ἡμωδίαν — αἱμωδίαν.* Codicis Reg. et Coll. Gron. lectio *ἀμμοδίαν* non ita spernenda est, siquidem Matthaeum Lectt. Mosqq. Vol. II. p. 82. audimus. Eadem fere ratione in Hermog. p. 406. *αἱμωδεῖν, ἀμωδεῖν* Codex Lipsiensis praebet *ἀμμωδεῖν*, quod et Hesychio reddere tentat Matthaeus. Cf. etiam Zonar. T. I. c. 82. 91.

Pag. 169. *Θερόμενος. θερμαίνειν* Platonis est Phaedr. p. 268. A.

Ibid. *Θαλοῦ, τὴν γενικήν. τῆς γενετικῆς* annotaverat I. C. Wolfius; unde, iam nescio.

Ibid. *Θοίνη — θοίνα.* Pertinet huc locus Phrynichi Appar. Soph. in Bekk. An. Gr. T. I. p. 66, 33. *Τόλμη καὶ τόλμα, πρύμνη καὶ πρύμνα, νάρκη δὲ διὰ τοῦ η̄.* Recentiores formae fuerunt etiam *πρύμνα, μέριμνα, λίμνα.* V. Elmslei. ad Eurip. Heracl. v. 19. et Iphig. Taur. v. 118. Hermann. ad Soph. Philoct. v. 480. p. 87. Aliae exempla suppeditabit Lobeckius ad Phryn. p. 331. ubi lenissimum viri egregii errorem ut corrigamus, paucula nobis speciminis causa expromere liceat ex Appendice Observationum in Timaei Lexicon Platon., quae proelo iam subiecta propediem in lucem prodibit. Timaeus igitur p. 117. ed. nostrae *Θέρμη, ὁ πυρετός.* Ruhnkenius scriptum fuisse suspicatur *θέρμα*, alfereus ex Theaeteto p. 178. E. *οἷον θέρμα· ἆρ' ὅταν τις οἰηθῇ ἰδιώτης* etc.

Hunc autem Platonis locum aut negligentius inspexit Ruhnkenius, aut tacite correxit. Nempe pro *θέρμα*, quod in eo se reperisse dicit, omnes Codd. et Editt. exhibent *θερμὰ*, h. e. *θερμότητες*, quod nos diceremus *Zustände der Hitze*. Utut est, a Ruhnkenio in errorem se induci passus est Lobeckius l. c. cum scriberet: „Si nostris editionibus standum est, de Platone aliter se habet, nam in Theaet. p. 129. E. (Ed. Laem.) *θέρμα* legitur, sed *θέρμαι* Timaeus h. l. invenisse videtur.“ Atqui *θέρμαι* in Platone Timaeum legisse credibile non est, quum glossa ad Thucydidem referenda sit, quem aliquoties glossographum respexisse in aprico est. Praetermissis iis, quae Lobeckius de v. *θέρμη* disseruit, apprime huc spectat Heliodorus Aeth. VIII. 13. *πυρετοῦ τινος ὥσπερ θηλάτου τῆς προτεραίας ἐνσκήψαντος καὶ θέρμης ὀξείας ὑποδραμούσης*. Nec abs re erit commemorasse Plat. Phaedon. p. 105. C. ubi *θερμότης* et *πυρετός*. Ad Moeridem propero. Quod hic dicit Piersonus, Eustathium in mente habuisse locum Herodiani in Philetaero: *ὁμίχλη, οὐχὶ ὁμίχλα* etc. levi indiget correctione. Certiorem fontem, unde hauserit ille, aperuit nobis I. G. Schneiderus Peric. Crit. in Anthol. Gr. p. 65. sq. dico Herodiani librum *Ζητουμένων κατὰ κλίσιν παντὸς τοῦ λόγου μερῶν* apud Bandinum in Bibl. Laurentiana T. I. p. 146. ubi haec scripta: *ἔτι πλημμελοῦσιν οἱ λέγοντες τρίγλα καὶ κίχλα, καὶ ὁμίχλα, δέον λέγειν διὰ τοῦ η τρίγλη, καὶ κίχλη, καὶ ὁμίχλη. οὐδὲν γὰρ ὄνομα θηλυκὸν τῷ λ παραληγόμενον εἰς α, ἀλλ' εἰς η, ὥσπερ πύλη, πύλης, κρωβύλη, κρωβύλης, ἀρβύλη, ἀρβύλης. οὕτως ἐροῦμεν καὶ ταῦτα.*

Pag. 172. b. *θρέξας* Plutarchi est. V. Schaef. Animadvv. T. V. p. 44.

Pag. 174. *Θάῤῥος*. A I. C. Wolfio haec adscripta: „Affert Spanhem. de Numis T. I. p. 105.“

Pag. 176. *Ἴκταρ*. Hudsonus *οὐδὲ ἐγγὺς τοῦ σκοποῦ* (male in Edd. *σκόπου*) *γίνεται* suppleverat ex Eustathio ad Odyss. Ψ. p. 1936, 17. notante Alberto ad Hesych. T. II. c. 39. Cf. Steph. de Dial. Gr. p. 227. A. Schott. ad Zenob. V. 55.

Pag. 180. *Πλιγγιᾶν*. De h. v. cuius usus latius patet,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

repetendum esset, genera, ubi usus id admitteret, plerumque variasse multis ostendit Lobeckius in Addend. ad Phryn. p. 762. Nec etiam in formis verborum similem varietatem evitasse reperiuntur, ut argumento sunt Platonis loci modo allati, quibus addo de Legg. lib. XII. p. 286. ed. Bekk. ubi ῥιφέντες — ῥιφθέντες. ibid. p. 305. κεκτημένος — ἐκτημένος, ut revera erret Heindorfius ad Theaetet. p. 471. et ad Protag. p. 572. Huic mori poëtae aliquando indulserunt, velut Aeschylus Sept. c. Theb. v. 1038. δοκησάτω et v. 1042. δόξῃ. Pers. v. 776. ἔκυρσα et v. 794. κυρήσει. Eurip. Hec. v. 779. ἔκτεινε (Aor.) — κτανεῖν. In eundemque censum veniunt, quae supra ad p. 24. et 161. notavi. Veteres autem Grammaticos huius inconstantiae insuetos alterutram formam magis Atticam pronuntiasse nihil mirum.

Pag. 196. *Καπναχεῖν.* Eius loco καχλάζειν et mox καπχάζειν reponi vult Albertus ad Hesych. T. II. c. 97.

Pag. 198. a. Piersonum emendationes Hesychii a se propositas Fabro ad Anacr. III. 19. tacite sublegisse in aspectum lucemque proferre non veritus est Ioannes Gottlob Schneiderus Peric. Crit. in Anthol. Gr. p. 19. Quotquot vero Piersoni scriptis non solum perlectis, sed cum aliorum virorum doctorum, qui easdem tractaverint res, diligentius etiam comparatis, eximiam eius probitatem, animi candorem atque fidem sane quam raram, qua honestum virum suum cuique tribuere decet, cognoverunt, Manes eius a tali crimine acriter vindicandos esse communi mecum decernent consensu. Fieri solet in vita humana, ut criminationi, quam quis in alios falso confert, ipse vel maxime obnoxius reperiatur. Idem accidisse dolemus optimo Schneidero, cui, quum Lexicon suum conscriberet, tanta non fuisse videtur religio, quominus multa ex Piersoni observationibus in usus suos converteret, fontem, unde hortulos suos irrigaverit, callide celans.

Pag. 202. b. In Hesychio fortasse praestat Ἑρμῆς — καὶ πέμματος εἶδος κηριοειδὲς, h. e. *genus placentarum, quae favorum formam exhibent.* Ipsa verborum εἶδος κηριοειδὲς compositio nihil, opinor, offensionis habet.

Pag. 205. *Καταγλωττίσματα, τὰ περίεργα φιλήματα.* Cave probes Blomfieldi coniecturam περίοργα, cui locum dedi

in annotatione. Etenim vocabulum *περίεργος* in rebus amatoriis cum usitatissimum sit, nescio an huc maxime pertineat. Sic certe Scholiastes Aristophanis ad Nub. v. 51. *κατταγλωττισμάτων*) *αἰσχρῶν φιλημάτων. περιεργότερον. ἢ εἶδος αἰσχροῦ φιλήματος τὸ καταγλώττισμα.* ubi tamen quaedam turbata esse videntur. Neque aliter explicant Photius c. 101. ed. Herm. Auctor *Συναγ. λέξ. χρησ.* ap. Bachmann. An. Gr. Vol. I. p. 268, 26. et alii. Et Longus quidem Pastor. lib. III. p. 76. ed. Villois. *Ἐζήτουν δὲ αὐτοὶ*, inquit, *περιττότερόν τι φιλήματος καὶ περιβολῆς, καὶ μάλιστα δὲ ὁ Δάφνις πρός τε τὰ φιλήματα ὤργα καὶ πρὸς τὰς περιβολὰς ἐσκιτάλιζε, καὶ ἦν ἐς πᾶν ἔργον περιεργότερος καὶ θρασύτερος.* Ut autem Daphnis profectum in amore faciens et ferocior factus *περιεργότερος* a Longo dicitur, ita apud Achillem Tatium aliquod *περιεργότερον* quaerit Clitophon. Unde *περίεργα φιλήματα* quam bene se habeant, nemini protinus erit ambiguum. Nimirum *περίεργον* dicitur *id, quod simplicem ἔργου* sive *rei alicuius modum naturamque excedit, quod exquisitum est, quod nimium.* Saepius ea notione a Grammaticis usurpatum invenias. Auctor *Συναγ. λέξ. χρησ.* ap. Bachmann. An. Gr. Vol. I. p. 281, 1. *κομμὸς, περίεργος κόσμησις.* Sed nolo fluctus excitare in simpulo. Otium nobis fecit Iacobus ad Luciani Tox. p. 134.

Iam vero ipsa *καταγλωττίσματα* quod attinet, aliud significare putat Burgess. ad Dawesii Miscell. Critt. p. 356. quam quod intellexisse videatur Piersonus; et quamquam aliis id exponendum se relinquere dicit, tamen turpissimae ac infimae spurcitiae illa fuisse contendere haud erubuit. Res in medio posita est. Audiamus Scholiastem Aristophanis l. c. *Κυρίως δὲ καταγλώττισμα, ὅταν ἐν τῷ καιρῷ τῆς συνουσίας ὁ ἀνὴρ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ τῷ τῆς γυναικὸς ἐμβάλλῃ στόματι.* Plura qui cupit, eum legisse non poenitebit Toupium Epist. Crit. p. 164. et Emendd. in Suid. T. II. p. 605. Monetae Epistolam ad Buherium apud Brunck. Anall. Poët. Gr. T. III. p. 316. Casaubonum ad Aristoph. Equitt. v. 352. Comment. ed. Beck. Vol. IV. p. 88. Schedium de Diis Germanis p. 468. 469. ed. Iark. quibus addas Polluc. lib. II. sect. 109. Lucian. T. III. p. 181. ed. Reitz.

Pag. 206. a. v. 2. Automedontis Epigramma Iacobsius dedit in Anthol. Gr. T. II. p. 191. carm. III.

Pag. 213. a. b. Participia *κέας*, *ἐκκέας*, et quae sint similia, tamquam Atticae dialecto repugnantia nescio an calidius damnaverit Doederlinus in Symboll. Helvett. T. I. p. 246. sq. Memorata ibi Bergleri coniectura in Aristophanis Pac. v. 1132. *ἐκκέας τῶν ξύλων ἅττ' ἂν ᾖ* hunc in modum pergit vir doctissimus: „Aoristi forma *κέας* non magis probatur Atticae dialecto quam praesens *κείω*; ipsaque prava ista coniectura deceptus est Buttmannus, cum hoc loco utebatur, quo nisus in Soph. El. 759. formam *κείαντες*, cui dudum editores probis e MSS. substituerant *κήαντες*, revocaret; vid. Gramm. Gr. p. 364." Loco Aristophaneo ceteroquin vexatissimo non multum tribuendum esse concedam, quoniam ex corruptis argumentandi ratio fere infirma atque lubrica est, licet Brunckius simile *ἐγκέας* vel *συγκέας* coniecerit et ipsum *ἐκκέας* addicente Codice Ravenn. ab Invernizio in orationem receptum sit: de versu autem e Sophoclis Electr. notato non recte iudicasse Doederlinum quovis pignore contenderim. Ubi si erravit beatus Buttmannus, in eo error ponendus est, quod epicam formam retinuit, quam, ni memoria me fallit, in *κέαντες* primum cum Erfurdtio mutatum ivit Hermannus. Deinde quid faciamus Aeschyli verbis *ἤτοι κεάντες ἢ τεμόντες εὐφρόνως*, in quibus plana omnia et lectionis varietas nulla?

Pag. 214. a. Eustathii locus est in Odyss. p. 1390, 51. ed. Rom.

Pag. 220. a. b. *μεταλλεύς* vox est aeque proba ac *μεταλλευτής*, ut a quibusdam improbatam esse mireris. V. Schaefer. ad Schol. Apoll. Rhod. T. II. p. 93. et in Ind. p. 668.

Pag. 223. *Λέμμα, ἀντὶ τοῦ λέπισμα.* Quod nunc sequitur *λέπος, κοινόν.* separare dicit I. C. Wolfius Montefauconium a prioribus et novum facere versum. Platonis locus in Timaeo prostat p. 109, 18. Bekk. ubi Scholiastes p. 428. *φλοιὸς, λέπισμα* explicat. Similiter Zonaras T. II. c. 1297. *Λέπος καὶ λέπισμα καὶ λέπυρον* (eo usus est auctor Batrachom. v. 131.), *ὁ φλοιός.*

Pag. 224. *Λογοποιός.* Adde Georg. Lecapen. ap. Matth. Lectt. Mosqq. Vol. I. p. 70.

Pag. 228. a. In loco ex Aristophane allato *ἑλοῦμεν* scribas, collato Brunckii Schol. MS. *Ἀττικὸν τὸ ἑλοῦμεν ἀντὶ τοῦ ἑλούομεν καὶ κατὰ συγκοπὴν ἑλοῦμεν.*

Pag. 235. *Μύλη. μῦλος* pro *μύλος* MS. Coisl.

Pag. 240. *Μειράκια — Ἀττ. μείρακας, Ἑλλ. Μεῖραξ* ex observatione veterum Grammaticorum tantum de foeminis dicitur, de maribus *μειράκιον.* V. Bachmann. An. Gr. Vol. II. p. 322, 26. 374, 30. Zonar. T. II. c. 1346. Bene itaque vidit Hudsonus, illud *Ἕλληνες* sive *Ἑλληνικῶς* expungendum esse, binas proponens coniecturas, quae sensum praebent non diversum.

Pag. 243. *Μεριμνῶν, Ἀττικῶς. φροντίζων, Ξενοφῶν.* Bastius ad Greg. Cor. p. 175. iure Ruhnkenii laudat emendationem *ἀντὶ τοῦ* pro *Ἀττικῶς* legentis. Videlicet in Codd. Moeridis quum vox *Ἀττικῶς* singulis fere articulis addita scribatur $\grave{\alpha}^{\tau\tau}$, haud raro etiam contractius $\grave{\alpha}^{\tau}$, factum est, ut facillime confunderetur cum $\grave{\alpha}\nu^{\tau\tau}$, i. e. *ἀντὶ τοῦ.* Ceterum idem Bastius in afferendo illo loco *Μεριμνᾶν* posuit et *φροντίζειν*, errore, puto: nam in Codice ita se reperisse nihil nos admonet.

Pag. 244. *Νῆες.* V. Schaefer. ad Plutarch. Vol. VI. p. 445.

Pag. 246. *Ναυτιᾶν, Ἀττ.* et seqq. Plato Theaet. p. 279, 17. Bekk. In Cod. SGerm. ap. Bast. Append. ad Epist. Crit. p. 15. huncce in modum haec scripta sunt: *Ναυττιᾶν, ἐν τοῖς* $\overline{\omega}^{*}\,\tau\tau$, α^{τ} (i. e. *Ἀττικοί*). *ναυσιᾶν, ἑλλ*^{H} (i. e. *Ἕλληνες.* v. eundem ad Greg. Cor. p. 800.). Pro *ἐν τοῖς* $\overline{\omega}\ \overline{\tau\tau}$ corrigatur oportet *ἐν τοῖς* $\overline{\beta}$ (h. e. *δύο*) $\overline{\tau\tau}$ iudice Bastio: nam numeralibus notis asteriscus pro lineola superscriptus aliquoties reperitur. Ceterum similiter supra p. 226. *Λῆμμα, διὰ* $\overline{\beta}\ \overline{\mu\mu}$.

Pag. 250. *Ὁρικὸν ζεῦγος, Ἀττ.* Adde Scholiastem in Platonis Lys. p. 321. ed. Bekk. *Ὁρικοῦ*) *τοῦ ἡμιονικοῦ. ὀρεὺς*

γὰρ ὁ ἡμίονος. Photius c. 253. ed. Herm. Bachmann. An. Gr. Vol. I. p. 320, 19. Tittmann. ad Zonar. T. II. c. 1467. 1468.

Pag. 253. a. *βοίδιον* Aristoph. Acharn. v. 1036. ubi cf. Elmslei.

Pag. 256. *Ὀρχηστρὶς, Ἀττ. ὀρχήστρια, Ἑλλ.* Vox *ὀρχήστρια* etsi purioris notae non sit, haud mutandam tamen censet Albertus ad Hesych. T. II. c. 792. comparans *ποιήτρια* et similia.

Pag. 261. *Ὀστρία·* Cod. SGerm. ap. Bast. ad Greg. Cor. p. 343. 892. rectius: *Ὄστρια* et dein *ὄστρεα*. V. praestantissimus Stallbaumius ad Platonis Phileb. p. 50. 51.

Pag. 270. *Πενοιθέναι.* Toupius Emendd. in Suid. T. IV. p. 409. ed. Oxon. „Fortasse, inquit, *Πενοιθίαν*. V. Hesychium.“ Phrynichum vellem inspexisset.

Pag. 271. *Πρόχους.* De hac voce atque de Hedyli epigrammate a Piersono tentato v. Brunck. ad Apoll. Rhod. lib. I. v. 456. Hermann. ad Eurip. Ion. v. 449. p. 43.

Pag. 275. b. Piersonus verbum *αἴσσειν* Atticis ubique dissyllabum fuisse contendit, locos, qui regulam illam aperte infringunt, corrigens. Qua de re cautius iudicat Porsonus ad Eurip. Hecub. v. 31. p. 8. ad Orest. v. 1427. p. 114. ed. Lips. tert. cum quibus conferas Monk. ad Hippol. v. 1347. et Elmsleium ad Bacch. v. 147. p. 26. ed. Lips.

Pag. 281. *Πεττεία — ἔστι δ' ὅτε καὶ γεωμετρίαν λέγει.* Haec glossa e Timaeo huc illata est, ubi ad *λέγει* Platonem intelligendum esse recte observavit Ruhnkenius. Contra Toupius Emendd. in Suid. T. IV. p. 409. *λέγει* significare putat *significat* et conferri iubet de eo Meursium Spicileg. ad Theocr. p. 59. et Schol. ad Aristoph. Av. 1714. *λέγει* (v. *λείπει*) *δὲ τὸ πνέουσι.*

Pag. 282. *Πλεύμων.* Hoc vulgare dicunt Brunckius et Hermannus ad Sophocl. Trachin. v. 564. coll. v. 775. 1043. Codices rem in suspenso relinquunt.

Pag. 284. *Πέτομαι.* V. Buttmann. Gr. Gr. amplior T. II. P. 1. p. 212. Porson. ad Eurip. Med. v. 1. Hermann. ad Ion. v. 90. p. 11.

Pag. 286. *Παρακαταθήκην.* V. Spohn. ad Isocr. Panegyr. p. 142. Ast. ad Plat. Legg. lib. XI. p. 508.

Pag. 287. *Πειραιῶς.* Atticam hanc scripturam Platoni reddidit Bekkerus, de Rep. lib. IV. p. 439. E. et al., solutam formam Accusativi, velut *Παιανιέα*, servans in Demosthene. V. Loers. ad Plat. Menex. p. 146. Schaef. App. in Demosth. T. II. p. 90. 176.

Pag. 288. *Πλάνος — πλάνη.* Add. Hermann. ad Sophocl. Philoct. v. 748. p. 136.

Pag. 298. *Πηχῶν.* Contracta haec forma Plutarcho familiaris, e quo plura exempla congessit Schaeferus Vol. V. p. 151. 190. 264. Vol. VI. p. 398.

Pag. 303. *Πλέω, ἀντὶ τοῦ πλήρεις. Πλέῳ*, iam a Fischero propositum, placuit quoque Bastio ad Greg. Cor. p. 646. Videlicet Atticos *πλέως* dixisse constat pro *πλέος*: inde secundum Grammaticorum praeceptum pluralis numerus masculini *πλέῳ* scribendus pro *πλέοι*, non *πλέω*. Sic *ἀνάπλεῳ* in Platonis Theaet. p. 196. E.

Ibid. *Πομπεῖα.* Valckenarii emendationem pro *Θουκυδίδης* reponentis *Ἀνδοκίδης* multis praedicat Ruhnkenius in Hist. crit. Oratt. Gr. Rutilio praemissa p. LVI.

Pag. 309. *Ῥιγῶν.* V. Stallbaum. ad Phileb. p. 141.

Pag. 313. *Στῖμις, Ἀττ. στίμι, Ἑλλ.* Haec lectio in mentem venerat iam Bielio ad Hesych. T. II. c. 1270. ed. Albert. qui praeterea Lex. Cyrilli MS. Br. *Στίμις, τὸ μέλαν χρῶμα* etc. affert. Zonaras T. II. c. 1677. *Στίμμι, εἶδος βάμματος.* Vid. Trilleri Observv. Critt. p. 404. sq. Singulare est, quod legimus in Choerobosco ap. Bekk. An. Gr. T. III. p. 1208. Recenset ibi vocabula nonnulla quae ex aliena lingua in Graecam transvecta sint, atque annumerat iis *καὶ τὸ στίμμι, ὅπερ αἱ γυναῖκες κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς χρίονται, ὅπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ λαχᾶς καλεῖται. — εὑρέθη δὲ καὶ τὸ στίμμι θηλυκῶς λεγόμενον, οἷον ἡ στίμμις, τῆς στίμμιδος. Ἴων Ὀμφάλῃ*

καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον.

Ibid. *Σιγηλός.* Cf. infra p. 25. *Αἰσχυντηλοί.* Similiter σιωπηρὸς et σιωπηλὸς, de quibus Bornemann. ad Xenoph. Sympos. cap. I. §. 9. p. 53.

Pag. 315. *Σηκός.* Hoc quid sit, melius Arnaldo Animadvv. I. 1. docuisse Valckenarium Animadvv. ad Ammon. p. 153. sqq. didici ex observatione Hermanni in Sophocl. Philoct. v. 1312. Pro *στριγχῷ* levi mutatione reponendum esse *θριγχῷ* sive *θριγγῷ* existimat Toupius eandemque cantilenam tanquam novam canit Schleusnerus in Miscell. Critt. a Friedem. et Seebodio editis Vol. I. P. 3. p. 535. Dudum id coniectando assecutus erat Berglerus apud Piersonum. Iam quid facias istis hominibus?

Pag. 316. *Σᾶ.* V. Osann. ad Philem. Gramm. p. 148. Goettling. ad Theodos. p. 227. De Accusativo *σῶν* et simili *ζῶν*, a *ζωὸς*, *ζῶς*, quem exquisitiorem iure dicas, v. Schaefer. ad Longum p. 347. Reisigius ad Soph. Oed. Col. Enarr. p. CLI. v. 1205.

Pag. 323. *Σκότος.* Aliter Georg. Lecapen. ap. Matthaei Lectt. Mosqq. V. I. p. 76. *τὸ σκότος καὶ ὁ σκότος γράφεται, πλὴν παρὰ μὲν τοῖς Ἀττικοῖς ἀεὶ ὁ σκότος ἀρσενικῶς γράφεται, παρὰ δὲ τοῖς κοινοῖς τὸ σκότος οὐδετέρως.* Cum Moeride consentit Etymol. M. ap. Bast. ad Greg. Cor. p. 523. Fischerus ad Weller. T. II. p. 172. veteres Atticos dixisse existimat *ὁ σκότος*, medios *τὸ σκότος*, quae distinctio vereor ut cuiquam probetur. Illud enim manifestum est atque exploratum, Atticos utrumque omnino usurpasse, sed prius multo saepius, ut erret Coraës ad Heliodor. p. 198. *τὸ σκότος* minus Atticum dicens. Neutrum genus utpote magis Atticum poëtas Tragicos praetulisse dicit Porsonus ad Eurip. Hec. v. 819. quod nihil moratur Elmsleius ad Soph. Oed. Col. v. 40. p. 94. ed. Lips. Apud Platonem et Xenophontem non uno loco invenies *τὸ σκότος*, quamquam Codicum lectio fluctuat et Viri Docti alterutrum genus inde pro lubitu reposuerunt. V. Boissonad. ad Eunap. T. I. p. 266.

Pag. 324. *Σμικρόν.* V. Elmsleius ad Soph. Oed. Col. v. 5. 6. p. 87. ed. Lips. Hermann. ad Eurip. Bacch. v. 1361.

Pag. 326. *Συνέριθοι, Ἀττ. συνυφαίνουσαι, Ἑλλ.* Eadem fere repetierunt Photius Lex. c. 408. ed. Herm. Auct. *Συναγ. λέξ. χρησ.* in Bachmann. An. Gr. Vol. I. p. 375, 10. Scholiastes Platonis in Legg. lib. X. p. 456. ed. Bekk. Sim-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access

$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

cudes agantur et verberentur, admodum incertus est et solis fortasse Grammaticis relinquendus, qui vaga etymologia (ὗς et πλήσσω) atque simili βουπλήξ decepti illam notionem sibi finxisse videntur. Sic Scholiastes Platonis p. 316. ed. Bekk. Ὑσπληξ, ἀφετήριον, πληγή, ὥσπερ νῦν, πάσσαλος, κεράτινος κρίκος, πάντα θηλυκῶς. Photio c. 463. ed. Herm. est φραγέλιον, ἀφετηρία. Cf. Bekk. An. Gr. T. I. p. 64, 12. Bachmanni An. Gr. Vol. I. p. 401, 6. Zonar. T. II. c. 1788. At ne in recentissimis quidem Graecis scriptoribus huius explicationis vestigium apparet. Tamen viros haud indoctos a magistellis istis in errores valde ridiculos esse inductos videre est ex Tennulii animadversione ad Iamblich. l. c. p. 179.

Pag. 346. Ὑποκορίζεσθαι. Ruhnkenius ad Tim. p. 267. s. p. 222. ed. meae scribendum suspicatur Ὑποκορίζεσθαι, Ἀττ. ὑποκορίζειν, Ἑλλ. „Monere voluit, Atticos huius verbi forma media usos esse, recentiores Graecos activa. Damascius ap. Phot. p. 1044. Βάβιον καὶ παιδίον ἀνεκάλει ὑποκορίζουσα τὴν φωνήν.“ Hancce candidissimi Ruhnkenii observationem cum pulvisculo abstulit Schleusnerus in Miscell. Critt. a Friedem. et Seeb. editis Vol. I. P. 3. p. 535.

Pag. 351. Φιλόγελω, Ἀττ. φιλογέλωτες, Ἑλλ. Bastius ad Greg. Cor. p. 646. tentat φιλόγελῳ, quem nominativum plural. nobis explicuisset vellem. Equidem probo Hudsoni φιλωγέλοτος, quod et Thomas habet Magister.

Pag. 358. Φάκελον, Ἀττ. φορτίον, ἔκκαυμα, Ἑλλ. Cod. SGerm. ap. Bast. Append. ad Ep. Crit. p. 17. sic ea exhibet: Φάκελον, Ἀττικῶς. φορτίον, ἐκκαύμ, i. e. φορτίον ἐκκαυμάτων, Ἑλληνικῶς. Quod reponendum.

Pag. 372. a. v. 21. Eustathii locus est in Hom. Il. Σ. p. 1153, 41. ed. Rom.

Pag. 373. Χρήματα, καὶ τὰ πράγματα etc. Piersonum huius observationis sensum non satis perspexisse demiror. Pervulgata erat opinio, quam quasi per manus sibi tradidisse videntur Atticistae, vocibus χρῆμα et χρήματα pro ἀργύρια opti-

mum quemque scriptorem abstinuisse. Semel meminisse non contentus binis locis, haec luculenter prodit Auctor Συναγ. Λέξ. χρησ. in Bachmanni An. Gr. Vol. I. p. 416. extr. Χρῆμα, πρᾶγμα, κτῆμα, πλοῦτος, οὐσία, λῆμμα. παρὰ δὲ Ἀττικοῖς μόνον τὸ πρᾶγμα λέγεται. et p. 417, 9. Χρῆμα οὐ τὸ ἀργύριον λέγεται, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα. Idem praecipiunt maximam partem reliqui Grammatici, et quoniam homines creduli in errorem se induci facile patiuntur, stolide secuti sunt Scholiastae, veluti Thucyd. ad lib. VII. cap. 25. Itaque Moerin quoque sententiae illius patronum extitisse quem offendat? Quae si vero ita sunt, extrema verba, ut omnia sibi bene constent, inverso ordine μόνως δὲ τὰ πράγματα χρήματα scribi debere vix quenquam dubitaturum esse existimo. Pridem id coniectura assecutus erat Abreschius Dilucidd. Thucydd. p. 677. et Codex ap. Bast. ad Greg. Cor. p. 184. nunc confirmat.

Pag. 375. a. Hedyli Epigramma iterum pertractatum legimus a *Westono* in Hermesianacte s. Coniectur. in Athen. p. 40. sed infelicissimo successu et tanta securitate, ut egregias Piersoni emendationes non legisse aut plane non intellexisse videatur. Medium enim distichon, quod maximam habet difficultatem, scribi vult hoc modo: Ἧστο δὲ οἱ Παφίη —, χεῖται, et in fine ἐξ ὑέλους. Ex Graecis malis Latina fecit non bona, nam sic ista interpretatus est: *Adstitit huic Paphia halantes emensa cululos, et capiunt Lesbi pocula sex calices.* Iure itaque reprehensus est a magno Porsono in *Tracts and Miscellaneous Criticism.* p. 42. 43. ed. Kidd. qui Piersoni rationem unice amplectens interpretationem adiecit ad verbum factam, quam, Piersonus ipse quum a se correcta non explicuerit, hic repetere iuvat: *By whom the cup of purple glass, which measured the fragrant wine, is dedicated to thee, o Venus.* Ceterum eidem Porsono Adversarr. p. 129. ed. Cantabr. pro μετροῦσα θυῶεν placuit μετροῦν θυόεντα.

Pag. 376. b. Χέρνιβον, *pollubrum*, Eurip. Alcest. v. 100. Πυλῶν πάροιθε δ' οὐχ ὁρῶ Πηγαῖα θ', ὡς νομίζεται, Χέρνιβ' ἐπὶ φθιτῶν πύλαις· Nempe eximium in his secutus sum Tragicorum sospitatorem, quem et conferas ad Herc. Fur. v. 924.

Pag. 377. *Χρέων, Ἀττικῶς.* Quoniam in fine iteratur *Ἀττικῶς*; priore loco positum rectius abest a Codice ap. Bast. ad Greg. Cor. p. 172.

Pag. 380. *Ψυμύθιον.* De scriptura huius vocis ambigit Reisigius ad Xenoph. Oecon. cap. 10. p. 130. Uno *μ* praefert Wesselingius ad Diod. Sic. lib. II. cap. 33. Adde Taylor. ad Lysiam p. 18. ed. Reisk. C. F. Hermann. ad Lucian. de conscr. hist. p. 64.

Pag. 386. *Ὡσαύτως, ἀντὶ τοῦ παραπλησίως, καὶ κατὰ ταὔτα.* Ultima in Cod. Coisl. sic exhiberi scribit Piersonus. At Bastio ad Greg. Cor. p. 57. asseverante, quem in his sequi fas est, in eo exaratum *καταυτὰ*, quod lenissima, ne dicam, paene nulla correctione in *κατὰ ταυτὰ* mutandum videtur. Consentit Thomas Mag. p. 934. *Ὡσαύτως. καὶ παραπλησίως, καὶ κατὰ ταυτά.*

Pag. 388. *Ὧδε — οὕτωσι, Ἕλληνες.* Codex SGerm. ap. Bast. ad Greg. Cor. p. 73. melius ea huno in modum exhibet: *Ὧδε, κοινὸν Ἰώνων, Ἀττικῶν· οὕτως, Ἕλληνες.*

Pag. 391. *Εἱλόμην, εἷλον* etc. V. Schaefer. in Praef. ad Iulian. p. XXIII.

Pag. 392. *Θάτερον.* In fine articuli *οἱ δὲ λέγοντες θάτερος* unice verum est. Codices in his parum nos iuvant, quoniam *θάτερ*^{o} in iis tum *θάτεροϛ* quam *θάτερον* esse potest. V. Bast. ad Greg. Cor. p. 303. Neutrum *θάτερον* et *θάτερα* invenias apud Platon. ex. c. Phaedon. p. 114. E. de Legg. lib. VI. p. 765. E. apud Demosthenem, Xenophontem, alios. Haec trita. Accusativum masculinum *θάτερον* in Euripidis Ion. v. 849. reperiri observat Piersonus. Ibi Paedagogus haec facit verba: *Λυοῖν γὰρ ἐχθροῖν εἰς ἓν ἐλθόντοιν στέγος, Ἢ θάτερον δεῖ δυστυχεῖν, ἢ θάτερον.* Neque Buttmanno ad Sophocl. Philoct. p. 142. *θάτερον* pro *τὸν ἕτερον*, quod mirere, hic sollicitandum videtur. Contra Hermannus ad eundem Philoct. v. 841. p. 160. hunc locum alio modo expediri posse mōnet, id est ita, ut *θάτερον* neutrius sit generis. Atticos enim dura illa contractione prorsus abstinuisse mihi persuasissimum est: quanquam citerioris Graecitatis scriptores eandem haud aspernati sunt. Exempla dederunt Coraës ad Heliodor. T. II. p. 92. 119. 120.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Acad. T. I. p. 93. Luciani verba ad doctrinae copiam trahenti, qua expromenda Callimachus sibi indulserit. De Callimacheae poeseos indole digna est omnino, quae legatur A. F. Naekii Dissertatio de Tzetzae et Callimachi locis p. 13. Paullo aliter totam rem aggressus est Vir praestantissimus, Matterus in *Essai historique sur l' ecole d' Alexandrie* T. II. p. 28. cuius de Callimacho iudicium a me impetrare non possum, quin ex parte huc transferam: „*Le ton de Callimaque est solennel et digne de son sujet; son style pompeux ajoute à l' élévation des pensées: on s' arrête, on revient sur ses tableaux. Callimaque imitait peut-être les hymnes, qu' on nous a légués sous le nom d' Homère; mais il traite son sujet avec une supériorité qui est à lui. — Les sujets de Callimaque sont trop riches, et au lieu de se contenter d' heureuses allusions, il s' arrête souvent à développer les faits avec trop de complaisance.*" Et postrema haec exprimere voluisse Lucianum dicit Matterus in Addend. p. 298.

Pag. 400. *ἀναχεῖσθαι ἐπὶ εἰκόνων καὶ ἀνδριάντων.* Vid. Boissonad. ad Eunap. T. I. p. 339. ubi Scholiastes ineditus Philostrati: *λέγεται δὲ τὸ ἀναχεῖσθαι κυρίως ἐπὶ τῶν ἀναθημάτων καὶ ἀνδριάντων.*

Pag. 403. *Οἱ Διόσκουροι σὺν τῷ $\overline{\upsilon}$, ὅταν πληθυντικῶς λέγονται.* Schaeferus ad Greg. Cor. p. 300. *λέγωνται* scribendum esse putat, Bastii, ni fallor, observatione ibid. p. 115. motus, cui tamen non statim subscripserim, quandoquidem serioris aevi scriptores particulae *ὅταν* Indicativum adiunxisse exploratum est. V. Iacobsii Observv. Critt. in Anthol. p. 30. 31. Ceterum cf. Bornemann. ad Xenoph. Symp. cap. 8. §. 29. p. 205.

Pag. 404. *Διπλήδιον.* Piersonus contractum esse putat ex *διπληΐδιον.* Alia sentit Schaeferus ad Greg. Cor. p. 527. cui Graeci in huiusmodi vocibus compositis pro — *πλάσιος* etiam — *πλάδιος* dixisse videntur, et, ubi antepenultima producenda esset, adeo — *πλήδιος.*

Pag. 410. De *πρίασθαι* cf. Lobeck. ad Phryn. p. 138. 360. et quae contra Buttmannum Gr. Gr. mai. T. II. p. 223. idem Lobeckius monuit Aglaopham. T. II. p. 876. not. *g.*

Pag. 415. De scriptura Σμύρνα et Ζμύρνα consulas Goettlingium ad Theodos. Gramm. p. 225.

Pag. 423. Ἔτους ὥραν. V. Boissonadus ad Philostr. Her. p. 186. ad Eunap. p. 186. et qui egregie illustravit, Wyttenbachius ad eundem Eunap. T. II. p. 59. 60. ed. Boiss.

Pag. 425. Στλεγγὶς, ἡ ξύστρα. Scholiastes Platonis in Charmid. p. 161. E. p. 324. ed. Bekk. Σελεγγὶς, ξύστρα· τὸ πάλαι δὲ ἡ τοῦ καλάμου κόμη παρὰ Λάκωσιν, ᾗ ἀπεμάσσοντο. στλεγγίσματα δὲ τὰ περιξύσματα (v. Brunck. ad Apoll. Rhod. lib. IV. v. 658.). κυρίως δὲ καλάμιναι ξύστραι. ὁ δὲ Θυατειρηνὸς στλεγγίδα μὲν τὴν ξύστραν, στλαγγίδα δὲ τὸ χρυσοῦν στεφάνιον. Et in Hipp. Min. p. 334. Στλεγγὶς, ἡ ξύστρα, καὶ στλεγγιζόμενοι οἱ ἀποξυόμενοι, ἃ ἔστι κτενιζόμενοι. στλεγγὶς γὰρ τὸ κτένιον, ὡς Ἀριστοφάνης Γήρᾳ — καὶ Λαπαλεῦσιν. — καλεῖται δὲ στλεγγὶς καὶ χρυσοῦν ἔλασμα τὸ περὶ τῇ κεφαλῇ τῶν γυναικῶν. Lexicon Lucian. in Bachmanni An. Gr. Vol. II. p. 341, 34. Στλεγγὶς, ἡ ξύστρα. ἔοικεν δὲ τὸ κτένιον οὕτως καλεῖν. coll. Vol. I. p. 119, 2. Lobeckio ad Phryn. p. 299. observanti, melioris notae scriptores non usurpasse vocem ξύστρα, quamvis testem habeamus Archippum, veteris comoediae poëtam, lubenter equidem accedam: sed in Herodiano quod emendat οὐ ξύστρα, in eo secum me non habet consentientem. Etenim Grammatici sententiam quin penitus perspexerit, valde dubito. Tria autem potissimum voce στλεγγὶς significasse videntur veteres Graeci. Ac primum quidem, quae notio princeps eademque satis trita, instrumentum quoddam sic dictum, quo, qui ad balneas itarent aut in palaestram descenderent, ad cutem abradendam cutisque sudorem abstergendum usi sunt. Propter similitudinem deinde, ni fallor, muliebre quoddam capitis ornamentum, aurea fortassis bractea in culmi formam desinens, eo nomine signatum, quo de consulas Casauboni Animadvv. in Athen. lib. XV. cap. 4 p. 952. et Boeckhium in singulari illo perfectae antiquitatis disciplinae exemplo, Staatshaushalt. der Athener T. II. p. 330. Tertia superest significatio, qua στλεγγὶς siphonem esse dicunt, per quem in dolia insertum

vinum exhauriatur. Hanc vero vocabuli notionem, a prioribus non ita abhorrentem, rarissimam dixeris, quum tantummodo iusta interpretatione loci Aristophanei (Thesmophor. v. 562.), qui mirum quantum Kusteros vexavit Brunckiosque, stabiliri possit. Imperite autem Lexicographi nonnulli inde collegerunt, στλεγγὶς vas esse, quo aqua hauritur, qui error ne Olearium quidem fugit in Not. ad Suidam Ernesti Observatt. Philoll. Critt. insertis p. 304. Cf. Petav. ad Synes. p. 38.

Redeo, unde digressus sum. Herodianus igitur, si quid video, hoc unice voluit, vocis στλεγγὶς significationem eam esse probam, vel usitatissimam, qua ξύστραν notet quamque primariam ante posui, nec aliter usurpari verbum ἀποστλεγγίσασθαι inde deductum. Iam in fine observationis quae leguntur, ἔστι δὲ καὶ τὸ τῆς ξύστρας ὄνομα παρὰ Ἀρχίππῳ τῷ κωμικῷ, non ea de causa addita fuisse puto a Grammatico, ut vocabulum ξύστρα tanquam deterius improbaret: imo, quod in rarioribus certe numeratur vox, notatu haec digna habuit.

Pag. 431. *Εὐθενεῖσθαι.* Legitur sic quidem ap. Dem. de Cor. p. 321. de Fals. Leg. p. 431. de iis qui in Cherron. p. 94. et praestare dicit Thomas Magister hanc scripturam alteri εὐθηνεῖν, quam tamen ut veram e Numis eruit Spanhemius de P. N. p. 536. Cf. Wesselingius ad Diod. Sic. T. III. p. 544. ed. Bip. Grauertus ad Aristid. Declam. Lept. p. 98.

Pag. 434. b. not. οὐκ ἀσύμβολος). De Eustathii loco v. Valckenarii Diss. de Scholl. in Homer. Opusc. T. II. p. 149. ed. Lips. Hermann. ad Soph. Antig. v. 488. p. 110. ed. tert.

Pag. 436. ἔπαινος inter et ἐγκώμιον quid rhetores statuerint discriminis, exposuit Ernestus in Lex. Thechnol. Rhet. p. 92. Add. I. C. Hermann. ad Lucian. de conscr. hist. p. 50.

Pag. 436. sq. Τὸ μὴ ἀπαγορευτικὸν οὐ συντάσσεται etc. Koenius ad Greg. Cor. p. 15. ed. Schaef. totam hancce observationem et sequentem collato Thoma Magistro, qui

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access

$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Corrigenda.

Praef. p. LXIII. v. 9 inf. l. aliquando.

Praef. p. LXVI. v. 9. inf. dele verba *pro ἄντησις.*

p. 4. b. v. 17. pro *ἄδυρμα* l. *ἄθυρμα.*

p. 50. v. 4. l. *τὴν διαφ.*

p. 64. v. 4. l. *ἀγορᾷ* pro *ἀγρᾷ.*

p. 103. b. v. 7. l. *e* Cynaeg.

p. 142. a. v. 15. l. *περιτυγχάνουσιν.*

p. 163. v. *Ἡδῦναι.* Post *Ἀττικῶς* maior excidit interpunctio.

p. 179. a. v. 22. *Στόμιον.* Mutato accentu in Indice dedi *στομίον*, sententiam tum secutus Schaeferi ad Scholiast. Apoll. Rhod. T. II. p. 153. Sed *στόμιον* exaratum nunc video ab Hermanno ad Soph. Trach. v. 1251. ubi Scholiastes apposite ad rem: *ὡσανεὶ στόμα φρέατος λίθῳ κεκολλημένου πρὸς τὸ μήκετι ὕδωρ ἀνιμᾶσθαι.*

p. 192. b. v. 16. l. *Glocito.*

p. 403. b. v. 3. inf. distingue *Διοσ-κούρω.*

p. 416. v. 4. inf. l. Phecione.

p. 441. a. v. 6. l. *αἰσχυντηροί.*

p. 456. l. *ὕϊδοῦς*, coll. Elmslei. ad Argūm. Soph. Oed. Col. p. 86. ed. Lips.

ΜΟΙΡΙΔΟΣ[1] ΑΤΤΙΚΙΣΤΟΥ

ΛΕΞΕΙΣ

ΑΤΤΙΚΩΝ καὶ ΕΛΛΗΝΩΝ

ΚΑΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ.

Ἄγαμαι[2] *Ὑπερβόλου, Ἀττικῶς: ἄγαμαι Ὑπέρβολον, Ἑλληνικῶς.*

1. Ita e Codd. Photii [Cod. 157. p. 171. ed. Hoesch.], qui Atticistae nostri meminit. *Εὐμοιρίδου* in MS. unde haec descripta sunt. HUDSON.

Similiter MS. Leidens. in quo etiam *Ἑλληνικῶν*. Recte *Hudsonum Μοίριδος* edidisse in praefatione docui, ubi etiam de diverso libelli in Codd. MSS. titulo.

2. *Ἄγαμαι Ὑπερβόλου*] De varia huius verbi constructione videndus praeter *H. Stephanum* in Thes. *Davides Ruhnkenius* V. C. in not. ad *Timaeum* p. 3. [p. 8. ed. sec.] Quibus alia adderem, si tam necessarium quam facile esset. *Orion* apud *Etymol.* p. 5. l. 8. *Ἄγαμαι αὐτοῦ. καὶ τοῦτο μᾶλλον οὕτως συντάσσουσιν καὶ τὸ θαυμάζειν πολλάκις* etc. Quando autem ita cum genit. personae construitur, *contemtum* plerumque indicat et *ἐπὶ κατηγορίας* ponitur. Vid. *H. Stephan.* add. de D. A. p. 122. coll. *Suida* v. *Θαυμάζω*. *Plato* Hippia Mai. loco a *Ruhnken.* laudato [p. 291. E. St.]: *καὶ νὴ τὴν Ἥραν ἄγαμαί σοῦ.* 2
Herodot. lib. VI. cap. 76. *ἄγασθαι μὲν ἔφη τοῦ Ἐρασίνου οὐ προδιδόντος τοὺς πολίτας.* Atque ita procul dubio hoc in *Moeridis* loco sumi debet: qui hoc fragmentum e veteri comico videtur derivasse. Hyperbolus enim iste, uti notum, homo fuit pessumus et flagitiosissimus, qui cum ex infimo Athenis loco ad summos honores pervenisset, tandem, Nicia auctore, testarum suffragiis exilio mulctatus est. Eius autem improbitatem veteres Atticorum comoediae perpetuo notarunt. *Cicero* Bruto cap. 62: *Plutarch.* Alcib. [cap. 13.] p. 196. F. Videri possunt *Aristophanes* Eq. v. 736.

Ἀὴρ[3] *βαθεῖα, Ἀττικῶς. ἀὴρ βαθύς, Ἑλληνικῶς.*

Ἀνέστησαν[4] *πᾶς ὁ δῆμος, Ἀττικῶς. ἀνέστη πᾶς ὁ δῆμος, Ἑλληνικῶς.*

Schol. 851. 1301. 1360. Ach. v. 846. Vesp. v. 1001. Schol. Pac. v. 680. Schol. 920. 1319. *Plato* Comicus apud *Schol. Aristophan.* ad Aves v. 121. et apud *Plutarchum* [Alcib. cap. 13.] T. I. p. 197. B. et [Nicia cap. 11.] 530. F. qui integram quoque comoediam in eum scripsit *Hyperbolum* dictam (vid. *Scholiast.* Lucian. T. I. p. 142. et Magnus *Hemsterhus.*): uti *Eupolis* Maricam. Vid. *Quinctilian.* Inst. Or. lib. I. cap. 10. p. 106. *Leucon* comicus apud *Hesych.* v. *Πάαπις.*

—— *Παάπιδος*

Ὑπέρβολος τἀκπώματα κατεδήδοκε.

In Cod. Coisl. erat: *Ἄγαμαι ὑπὲρ βόλου* et *ὑπὲ βόλον*: et sic edidit *Montefalcon.* Bibl. Coisl. p. 485. Leid. utroque loco *ὑπερβόλου* et — *ον* cum *υ* minore.

3. *Ἀὴρ βαθεῖα*] Respicit *Moeris Homerum* Od. I. v. 144. *Ἀὴρ γὰρ περὶ νησὶ βαθεῖ' ἦν, οὐδὲ σελήνη Οὐρανόθεν προὔφαινε.* ubi *ὁμίχλην, ἀορασίαν* denotat. Vid. *Erotianum* v. *Ἀὴρ*, et *Etymolog.* p. 421. l. 36. etc. *Eustathius* ad Od. H. p. 268. l. 43. *ἠέρα δὲ καὶ ἐνταῦθα τὴν ἀορασίαν φησὶ, θηλυκῶς σχηματίζων κατὰ ἔθος Ἰωνικόν.* Conf. Od. Y. v. 446. Plura dabit *H. Stephanus* in Thes. et *D'Orvill.* V. Cl. Vann. Crit. p. 108. *Ἄερα βαθὺν* pro *aëre sublimiori* posuit *Aelian.* H. A. lib. II. cap. 27. *Βαθεῖα αἰθὴρ* occurrit in fragmento *Euripidae* apud *Plutarch.* T. II. p. 539. A. *Εἰ δ' ἦσαν ἀνθρώποισιν ὠνητοὶ λόγοι, Οὐδεὶς ἂν αὐτὸν εὖ λέγειν ἐβούλετο. Νῦν δ', ἐκ βαθείας γὰρ πάρεστιν αἰθέρος Λαβεῖν ἀμισθὶ, πᾶς τις ἥδεται λέγων Τά τ' ὄντα καὶ μή. ζημίαν γὰρ οὐκ ἔχει.* ubi fortasse rectius legetur *βαθείας — ἀέρος.*

4. *Ἀνέστησαν ποῦ ὁ δ.*] Locus depravatus sic e Cod. Coislin. emendandus: *Ἀνέστησαν πᾶς ὁ δῆμος, Ἀττικῶς. ἀνέστη πᾶς ὁ δῆμος, Ἑλληνικῶς.* Sallier. 3

Πᾶς utroque loco pro *ποῦ* exhibent Codd. Coisl. Reg. Collatio Schlaeg. Gronov. et Ward. Verissimam lectionem in textum recepi. Multa huius locutionis exempla post alios dedit Cl. *D'Orvillius* ad Charit. p. 298. [p. 380. ed. Lips. add. *Wyttenbach.* ad Iulian. p. 192. Sch. *Boissonad.* ad Philostr. Her. p. 450.] ubi *Moeridis* loco depravato utitur. *Πᾶς* his in locutionibus saepe addi ex exemplis a V. Cl. prolatis liquet. Vetus Auctor apud *Suidam* v. *Ἀπήλγησαν. Ὁ δὲ δῆμος ἅπας ἀπήλγησαν τὸ πάθος εὐθὺς καὶ ξὺν οἰμωγῇ ἀνέκραγον οὐράνιον ὅσον.* Ita ex optimo Cod. Leidensi scribendum pro *ἅπαξ*. Atque ita apud *Procopium* H. A. cap. 16. cuius fragmentum esse monuit Cl. *Abreschius* Dilucid. Thucyd. p. 249.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Αἴτιαι[7], *ὡς ὅσιαι, Ἀττικῶς βαρυτόνως. αἰτίαι, ὡς εὐδίαι, Ἑλληνικῶς παροξυτόνως.*
Ἄνθην[8], *Ἀττικῶς. ἄνθησιν, Ἑλληνικῶς.*
Ἄθυρμα[9] *δασέως, Ἀττικῶς. ψιλῶς, Ἑλληνικῶς.*

7. In MS. *Αἰτιαὶ ὡς ὁσιαὶ Ἀττ.* dein quibusdam interpositis sequebatur: *Αἰτίαι ὡς εὐωδίαι.* Hudson.

In Leidensi similiter haec disiuncta erant: *Αἴτιαι ὡς ὅσιαι Ἀττ. βαρυτόνως. Ἀθανάτω. κ. τ. λ. Ἀναβῆναι κ. τ. λ. Αἰτίαι ὡς εὐωδίοι.* Sic. Recte *Hudsonus* coniunxerat atque ita plane Codd. Coislin. Reg. Coll. Gronov. E quibus pro *εὐωδίαι* etiam reposui *εὐδίαι.* Citat hunc locum Vir Magnus *Cl. Salmasius* de Hellenist. p. 71. ubi typorum vitio scriptum est *ἐνδίαι.* Vid. *Thomam M.* v. coll. *Etymologo* p. 461. 462.

8. *Ἄνθησιν, Ἑλληνικῶς*] Ex Atticorum igitur numero expungendus est *Theophrastus*, quem eo nomine saepissime usum esse constat, v. g. Hist. Plant. lib. II. cap. 10. *ἡ δὲ ἄνθησις ἅμα τοῖς ἡμέροις, ὁ δὲ καρπὸς στρόγγυλος.* et lib. VII. cap. 10. *τούτων δὲ ἐν πολλαῖς, μᾶλλον δὲ ἐν ἁπάσαις ἡ βλάστησις καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ ἄνθησις.* Satis itaque mirari non possumus huiusce vocis exempla in Lexicis non reperiri, cum ab aliis etiam scriptoribus sit usurpata, *Plutarcho* scil. [Sympos. lib. II. cap. 7. lib. III. cap. 1.] T. II. pag. 641. D. 647. C. [Quaest. Nat.] p. 917. E. et *Clem. Alex.* [Paedag. lib. II. cap. 8.] p. 180. Sallier.

Usus hoc loco *Salmasius* de Hellen. p. 49. ubi *ἄνθη* et *ἄνθησις.* Huius generis nomina Attica sunt: *Ἄνθη, Ἄσκη, Αὔξη, Βλάστη, Καύχη, Σύλη, Ὤνη.* Vid. *Schol. Pindari* Nem. IX. v. 17. et *Thomam M.* p. 24. ibique Magnum *Hemsterhusium.*

9. *Ἄθυρμα*] Vide Indicem ad *Eustathium* in *Homerum* voce *Ἄθυρμα.* Hudson. in Add.

Assentitur *Eustathius*, qui Comm. p. 1387. ait nomen illud a veteribus, id est, Atticis cum spiritu aspero pronunciatum: *παρὰ δὲ τοῖς παλαιοῖς καὶ τὸ ἄθυρμα, φασὶ, δασύνεται.* Verum intra hosce limites non se continuit *Thomas Mag.*, qui voce *παίγνιον* repudiata *ἄθυρμα* tantum apud Atticos in usu fuisse auctor est. *Ἄθυρμα κρεῖττον ἢ παίγνιον*, inquit ille, sed insulse, cum hoc nomine *Platonem* usum esse constet de Legg. lib. I. pag. 644. D. *θαῦμα μὲν*, inquit, *ἕκαστον ἡμῶν ἡγησώμεθα τῶν ζώων τὸ θεῖον, εἴτε ὡς παίγνιον ἐκείνων, εἴτε ὡς σπουδῇ τινι ξυνεστηκός.* et lib. V. [imo lib. VII.] p. 803. C. *ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ παίγνιον μεμηχανημένον.* quae duo *Platonis* loca *Plautus* ob oculos forte habuit, cum Prol. in Captiv. v. 23. dixit: *Enimvero Di nos homines quasi pilas habent.* Ad *παίγνιον* autem ut redeamus, illa vox etiam occurrit apud *Aristophanem* Concionatr. v. 917. *Ἀλλ' οὐκ ἂν ὑφαρπάσαιο τἀμὰ παίγνια.* Occurrit et apud *Lucianum* saepenumero et *Achillem Tatium* lib. III. [cap. 16.] p. 193. Ab illa

Ἀμφορέα[10], *ἁλιέα*, *μακρῶς*, *Ἀττικῶς*. *βραχέως*, *Ἑλληνικῶς*.
Ἀγυιᾶ[11], *μακρῶς*, *Ἀττικῶς*. *ἀγυιὰ*, *Ἑλληνικῶς*.

vero ortum habent aliae nonnullae, v. g. *παιγνίδιον*, *παιγνιήμων* et *παιγνιόω*. SALLIER. Vide infra ad *Ἥνυσα*.

10. *Ἀμφορέα κ. τ. λ.*] Ita ex coniectura. In MS. *Ἀφῦρε, ἁλῦε, μακρὸν, Ἀττικῶς* etc. Vide Adnott. ad v. *Ἱππέα*. HUDSON.

In Coll. Gronov. *Ἀφυ. . . ἁλιέα, μακρόν*. In Cod. Coislin. *Ἀφορέα*, unde *Hudsoni* coniectura confirmatur. Dicemus quaedam infra v. *Ἱππέα*.

11. *Ἀγυιέα μ. Α. ἀγυιέα* [*βραχέως*] *Ἑλλ.*] Ita ex coniectura: ad quam firmandam vide quae attulimus in Adnott. ad v. *Ἱππέα*. In MS. *Ἀγυιᾶ, μᾶκρῶς, Ἀττικῶς. ἀγυιὰ, Ἑλληνικῶς*. HUDSON.

6 Locus difficilis emendatu est, in quo Codd. MSS. parum aut nihil iuvant. *Hudsoni* coniectura probanda non est. E Coisl. et Reg. nihil varietatis enotatum. In MS. Leid. et Coll. Gron. legitur: *Ἀγυιᾶ. μακρῶς τὴν ἐπὶ τέλει, Ἀττικῶς· Ἀγυιὰ, Ἑλληνικῶς*. Suspicor *Moerin* scripsisse: *Ἀγυιᾶς, μ. Α. Ἀγυιὰς, Ἑλλ. Harpocration* v. *ἔνιοι μὲν ὀξύνουσι θηλυκῶς χρώμενοι, οἷον τὰς ὁδούς. βελτίον δὲ περισπᾶν· ὡς ἀπὸ τοῦ ἀγυιέας*. et paucis interiectis: *ἔστιν οὖν τὸ ὁλόκληρον ἀγυιέας καὶ κατὰ τὴν Ἀττικῶν διάλεκτον ἀγυιᾶς* etc. Conf. *Suid.* et *Steph. Byzant.* v. *Ἀγυιά*. et litteratorum principem, *T. Hemsterhusium* ad *Luciani* Prometh. T. I. p. 202. cui tamen altera scribendi ratio *ἀγυιὰς* magis probatur. *Etymologi* observatio p. 14. l. 21. an huc faciat et *Moeridi* lucem accendat, videant alii. An vero scribendum: *Ἀγυιᾶ μ. Ἀ. Ἀγυιέα Ἑ.* ut *Εὐβοιᾶ, Πειραιᾶ, Στειριᾶ*, pro *Εὐβοιέα, Πειραιέα, Στειριέα*. Accusat. singul. *Ἀγυιᾶ* legitur in *Aristophan.* Thesmophor. v. 496. quem locum paulo copiosius adscribam, tum ut taedium Grammaticum minuam, tum ut illum emendem: *Ἐξῆλθον ὡς τὸν μοιχόν· εἶτ' ἠρειδόμην Παρὰ τὸν Ἀγυιᾶ κύνδ' ἐχομένη τῆς δάφνης· Ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἶφ', ὁρᾷς, Εὐριπίδης· Οὐδ' ὡς ὑπὸ τῶν δούλων τε κἀρεωκόμων Σποδούμεθ', ἢν μὴ 'χωμεν ἕτερον, οὐ λέγει. Οὐδ' ὡς, ὅτ' ἂν μάλισθ' ὑπό του βινώμεθα Τὴν νύχθ', ἕωθεν σκόροδα διαμασώμεθα*. Ita hunc locum partim recte constituit *R. Dawesius*, Vir Doctissimus, Miscell. Critt. p. 326. 328. Praeterea v. 496. pro *κύνδ'* scribi debet *κύβδα*. Vide Equit. v. 361. Sch. *Athenaeum* lib. X. p. 447. C. et lib. XIII. p. 580. D. *κύβδ' ἔφη τριωβόλου*. Versu autem 500. pro *βινώμεθα* revocandum verbum rarius et comicum *ληκώμεθα*. Auctor *Suidas*, qui tale apospasmation citat v. *Ληκώμεθα. κινώμεθα. Ἀριστοφάνης· Μάλισθ' ὅταν ἀπό του ληκώμεθα τὴν νύχθ' ὅλην*. ubi *Kusterus* pro *κινώμεθα* reponebat *βινώμεθα*. Sed hac mutatione opus non

Ἀντίγραφα[12], *πληθυντικῶς*, *Ἀττικῶς*. *ἀντίγραφον*, *ἑνικῶς*, *Ἑλληνικῶς*.

esse monuit *Hemsterhusius* ad Arist. Plut. v. 1094. *Archilochus* apud *Harpocrat.* v. *Παλίνσκιον*. *Πρὸς τοῖχον ἐκινήθησαν ἐν παλινσκίῳ*. quem locum interpres non intellexit. *Κινητιᾶν* apud *Platon.* Comicum in fragm. apud *Athen.* lib. X. p. 442. A. Ex ista *Suidae* comparatione plurimis adhucdum locis emendari posse *Aristophanem* res est eruditis notissima. Addam unicum ex iisdem his Thesmophoriazusis exemplum, e scena, in qua Mnesilochus veluti Helena, Euripides veluti Menelaus, introducuntur loquentes. Versu 916. Euripides inquit: *Ἑλένη σ' ὁμοίαν δὴ μάλιστ' ἴδον γύναι*. Respondet Mnesilochus: 7 *Ἐγὼ δὲ Μενέλαον, ὅσα γ' ἐκ τῶν ἀφύων*. Quae cum manifeste corrupta essent, *Kusterus*, Vir cum maximis comparandus, sed nimis plerumque festinans, ex *Euripidae* Helen. v. 570. in textu reposuit: *Ἐγὼ δὲ Μενέλαον γέ σ', οὐδ' ἔχω τι φῶ*. atque ita veteris lectionis et elegantiae comicae vestigia penitus delevit. Scribendum levissima mutatione: *Ἐγὼ δὲ Μενέλεων* (vel *Μενελέῳ σ'*) *ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων*. *Suidas*: *Ἰφύη* (malim *Ἴφυα* vel *Ἴφιαν* vid. *Hesych.* v. et *H. Steph.* Ind. *Athen.* lib. II. p. 62. D.) *εἶδος ἀγρίου λαχάνου*. *Ἀριστοφάνης· Ἐγὼ δὲ Μενέλεων ὅσον ἐκ τῶν ἰφύων*. Quod fragmentum unde depromtum sit, se ignorare fatetur *Kusterus*. Ridet *Aristophanes*, ut solet, et traducit Euripidem, tanquam olitoris et *λαχανοπώλιδος* filium. Notissimus e Ranis versus 864. *Ἄληθες, ὦ παῖ τῆς ἀρουραίας θεοῦ*, eadem elegantia ex Euripideo *Ἄληθες, ὦ παῖ τῆς θαλασσίας θεοῦ* distortus. Hinc Euripides *σκανδικοπώλης*. Vid. *Hesych.* v. *Σκάνδιξ*. *Suidas* v. *Εὐριπίδης* et *Σκανδίκα*. Valde autem mihi verosimile fit, Aristophanem hac in scena Euripidem introduxisse corona ex oleribus agrestibus ornatum. Plura ad manum sunt *Suidae* loca, e quibus maior lux comico possit accedere: 'sed haec speciminis ergo doctis proposuisse sufficiat. Revertar ad *Moeridem*.

12. *Ἀντίγραφα κ. τ. λ.*] Ita quoque *Thomas M.* Utrumque tamen falli ostendunt haec *Demosthenis* verba pro Phorm. p. 600. [p. 946. Reisk. p. 212, 7. Bekk.] *Λάβε τῆς διαθήκης το ἀντίγραφον καὶ τὴν πρόκλησιν ταυτηνί*. Eadem vox singulari numero legitur apud *Andocidem* Orat. 1. [de Myster.] p. 11. [ed. Steph. p. 107, 79. Bekk.] *Τά τε ἄλλα πάντα ἐξαλεῖψαι τοὺς πράκτορας καὶ τὴν βουλὴν καὶ τὰ εἰρημένα πανταχόθεν, ὅπου τί ἐστιν ἐν τῷ δημοσίῳ, καὶ εἰ ἀντίγραφόν που ἐστὶν, παρέχειν τοὺς θεσμοθέτας καὶ τὰς ἄλλας ἀρχάς*. SALLIER.

Noster per errorem ne esset lapsus, quando Atticos *ἀντίγραφα, πληθυντικῶς καὶ οὐδετέρως*, locutos adnotat, initio erat, quod metuerem. Rescribere cogitabam *ἀντιγράφη*, toties in oratorum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access

$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Ἀμυγδάλας[13], θηλυκῶς, Ἀττικῶς. ἀμύγδαλα, οὐδετέρως, Ἑλληνικῶς.

munes, *vulgares* vocant, plane abstinuisse aut abstinere debuisse. Minime vero. Sed praeter voces vulgares, quae ipsis cum plerisque Graecis et cum vulgo erant communes, nonnullas usurparunt aut alia forma, veluti veste, donatas, aut significatione a vulgo recepta paullum diversa, aut plane novas et glossematicas. Quas cum multi suo iam tempore non intelligerent, veteres magistri, *Aristophanes Grammaticus*, *Aelius Dionysius*, *Moeris*, alii a *Suida* in initio Lexici memorati, suis in libellis exposuerunt et interpretati sunt per voces communes et a vulgo Graecorum receptas, quas tamen non damnarunt. Qua in re diversum fuit *Phrynichi* institutum, nimium severi Atticismi censoris. *Thomas M.* veteres Grammaticos, quos expilavit (perpauca enim iste habet, quae non aliis debeat), saepe non intellexit atque ita, dum *Phrynichum* insuper imitari studuit, frequenter hallucinatus est. Sed pluribus hac de re deque recto Magistrorum Atticistarum usu disputavi in Praefatione.

13. Ἀμυγδάλας] *Moeridi* accedit *Thomas Magister* contradicente *Galeno*, qui lib. II. de Facult. Alim. cap. 29. nomen, de quo disputatur, cum feminino tum neutro genere apud veteres efferri solitum auctor est. Neque illud temere, cum vocibus ἀμυγδάλη et ἀμύγδαλον *Theophrastum* promiscue usum esse constet. Equidem neutrum genus in eius scriptis minus obvium. Verum cum ab ipso bis usurpatum deprehendatur, nempe Hist. Plant. lib. IV. cap. 5. et de Caus. Plant. lib. IV. cap. 2. Atticum esse, quis negaverit? Adde, quod *Hermippum* Atheniensem, veteris comoediae poëtam, eandem scribendi rationem secutum esse testetur *Hesychius* v. *Διὸς βάλανοι*. Utrique praeiverat *Hippocrates*, in cuius lib. II. de morbis ἀμυγδάλια reperias. Recte igitur a Galeno traditum, Graecis in eo nomine pronunciando modo femininum modo neutrum genus arrisisse: quae consuetudo etiam apud Latinos obtinuit; nec ex iis defuere, qui masculinum genus praeferrent, *Palladius* v. g. et *Arnobius* lib. V. p. 160. Nullo tamen, si bene meminimus, Graecorum exemplo. ἀμύγδαλος enim legitur quidem apud *Lucian.* [Pro merc. cond. 5.] T. I. p. 507. Sed nomen illud tametsi in ος desinit, ex adiectivo femininum esse manifestum est. ἐπεὶ δὲ, inquit, εἶδεν ἰσχάδας, οἶμαι, ἢ ἀμύγδαλον πόρρω κειμένην. Femininum fecit et *Hesychius*: Κάρυα, τὰς ἀμυγδάλους καὶ καστάνους. Cum autem diversae fuerint vocis illius scribendae rationes, omnium receptissima, quae exit in η, deinde quae in ον: nam praeter *Theophrastum* et *Hermippum* eam quoque a *Diphilo* Comico usurpatam testis est *Athenaeus* lib. II. p. 52. ὅτι καὶ οὐδετέρως, inquit, ἀμύγδαλα λέγεται. Δίφιλος· Τραγήματα, μυρτίδες, πλακοῦς, ἀμύ-

Ἀρχαιρεσίας[14], θηλυκῶς, Ἀττικῶς, ὡς Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. ἀρχαιρέσια, οὐδετέρως, Ἑλληνικῶς.

Ἄσβολος[15], Ἀττικῶς. ἀσβόλη, Ἑλληνικῶς.

γδαλα. Non audiendus itaque *Moeris*, qui nomen ἀμύγδαλον e finibus Atticis migrare iubet. Auctores tamen habuit, quos sequeretur, ut ex his *Athenaei* colligas, lib. II. cap. 53. Τρύφων δ' ἐν Ἀττικῇ προσῳδίᾳ ἀμυγδάλην μὲν τὸν καρπὸν βαρέως, ὃν ἡμεῖς οὐδετέρως ἀμύγδαλον λέγομεν. Quasi nempe femininum ἀμυγδάλη apud Atticos, neutrum vero ἀμύγδαλον apud alios in usu fuisset. Quid vero de hac illorum opinione sentiendum sit, allata hactenus exempla aperiunt, quibus ostenditur nomen ἀμύγδαλον ab Atticis civitate donatum esse. Si quod autem inter illos ceterosque Graecos discrimen fuit, illud omne in tono positum videtur; testis *Trypho* et *Tryphone* antiquior *Pamphilus* et *Aristarchus*, e quorum fragmentis discimus, non unam fuisse veterum Grammaticorum de huiusce nominis accentu sententiam. ὅτι περὶ τῆς προφορᾶς (inquit. *Athen.* p. 52.) τοῦ τόνου τῆς ἀμυγδάλης Πάμφιλος μὲν ἀξιοῖ ἐπὶ τοῦ καρποῦ βαρύνειν ὁμοίως τῷ ἀμυγδάλῳ· τὸ μέντοι δένδρον θέλει περισπᾶν — Ἀρίσταρχος δὲ καὶ τὸν καρπὸν, καὶ τὸ δένδρον ὁμοίως προφέρεται κατ' ὀξεῖαν τάσιν. Φιλόξενος δὲ ἀμφότερον περισπᾷ. Hinc *Ammonius*: Ἀμυγδαλῇ καὶ ἀμυγδάλη διαφέρουσιν. ἀμυγδαλῇ μὲν γὰρ περισπωμένως τὸ δένδρον δηλοῖ, ἀμυγδάλη δὲ παροξυτόνως τὸν καρπόν. καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Ταξιάρχοις φησί· Λίδου μασᾶσθαι ἀξίας ἀμυγδάλας. ubi Cl. *Kusterus* malit Ναξίας ex *Athenaeo* p. 52. qui versus illius *Eupolidis* meminit, ut probaret amygdalas Naxias magno apud veteres in pretio fuisse. Sallier. *ex Ind.*

Ἀμυγδάλας dedi pro ἀμυγδάλαι e Codd. Coisl. Reg. et Coll. Gronov., in qua pro οὐδετέρως est οὐδέτερον.

14. Ἀρχαιρεσίας κ. τ. λ.] Pro ἀρχαιρέσια in MS. ἀρχαιρέσιον. Hudson.

Similiter Leid., in quo Ἀττικῶς deest. Ἀρχαιρέσια habent Codd. Coisl. et Reg., e quibus pro Ἀρχαιρεσίαι etiam reposui Ἀρχαιρεσίας. Femininum Ἀρχαιρεσία legitur ap. *Platon.* de Legg. lib. VI. p. 855. F. [p. 752. C. St.] *Isaeum* Or. de Her. Apollod. p. 66. l. 14. [ed. Steph. p. 90, 28. Bekk.] *Aeschin.* in Ctesiph. pag. 276. A. [p. 55. Steph. p. 383, 13. Bekk.] *Demosthen.* de Rep. ord. p. 70. A. [p. 171. Reisk. p. 154, 19. Bekk.] adv. Aristocrat. p. 453. A. [p. 677. Reisk. p. 608, 171. Bekk.] adv. Leochar. p. 675. B. [p. 1092. Reisk. p. 334, 39. Bekk.] In Philippicis non reperi. Sed plures fuerunt olim *Demosthenis* Philippicae. Vid. *Fabricii* Bibl. Gr. Vol. I. p. 923. f. 11

15. Ἄσβολος, Α.] *Moeridi* convenit cum *Phrynicho* et

Ἄλλοθι[16], *ἄλλοσε*, *ἄλλοθεν*, *Ἀττικῶς*. *ἀλλαχόθι*, *ἀλλαχόθεν*, *ἀλλαχοῦ καινότερον*, *Ἀττικῶς καὶ Ἑλληνικῶς*.

Ἀπέδομεν[17], *ἀπέδοτε*, *ἀπέδοσαν*, *Ἀττικῶς*. *ἀπεδώκαμεν*, *ἀπεδώκατε*, *ἀπέδωκαν*, *Ἑλληνικῶς*.

Ἀπολλὺς[18], *Ἀττικῶς*. *ἀπολλύων*, *Ἑλληνικῶς*.

Thoma M. Addit autem *Eustathius* Comm. p. 1390. illudque auctore *Aelio Dionysio*, celebri inprimis Grammatico, illud nomen ab Atticis cum articulo femin. efferri. *Αἴλιος δὲ Διονύσιος*, inquit, *παρασημειούμενος τινὰ ὅπως κατὰ γένη προφέρονται, φησὶν οὕτω — ἔτι θηλυκῶς καὶ ἡ τύλη τὸ φῦμα τὸ ἐπὶ τοῦ αὐχένος καὶ ἡ ὄμφαξ καὶ ἡ ἄσβολος — δῆλον δὲ ὅτι Ἀττικῶς ταῦτα πάντα, ἐπεὶ καὶ Ἀττικαῖς λέξεσιν ὁ ῥηθεὶς Διονύσιος ἐπεξέρχεται.* Neque illud temere pronunciatum a *Dionysio* colligas ex *Aristoph.* et *Luciano*, quorum ille in Thesmoph. (v. 252.), hic vero compluribus in locis eam vocem femineam faciunt, in eo a *Theophrasto* diversi, apud quem *τὸν ἄσβολον* legitur de Igne cap. 68. *μίξει γὰρ τινὶ μελαίνει τὸν ἄσβολον τὸν καπνὸν ἀναφέρων.* Sed scribi debere *τὴν ἄσβολον*, non immerito quis suspicetur. SALLIER.

Ἄσβολος legitur et apud *Alciphr.* lib. I. ep. 23. pag. 92. et *Heliodorum* lib. VI. [cap. 11.] p. 294. l. 26.

16. *Ἄλλοθι κ. τ. λ.*] In MS. *ἄλλοσε, ἀλλόθεν.* Ex *Thoma Magistro* ordinem mutavi et mox *ἀλλαχόσε* pro *ἀλλαχοῦ* ex eodem posui. HUDSON.

MSS. Codd. omnes ita habent, uti edidi; quanquam *Hudsoni* coniectura, *ἀλλαχόσε* pro *ἀλλαχοῦ* legentis, specie non caret. In Gron. Coll. est *κοινότερον* pro *καινότερον*. In Coisl. *καὶ* abest inter *Ἀττικῶς* et *Ἑλληνικῶς*. Videntur *ἀλλαχόθεν*, *ἀλλαχόσε* recentioris esse Atticismi. Vid. *Themist.* p. 15. C. ubi *ἀλλαχόθεν*. Conf. not. ad *Thom. M.* et *Wetsten.* V. Cl. ad Ioan. X. v. 1.

17. *Ἀπέδομεν κ. τ. λ.*] Male MS. Leid. *ἀπεδώκατε, ἀπεδώκαμεν*. *Ἀπέδομεν*, *Plato* 12 Charmid. pag. 474. B. 477. A. [p. 170. E. 175. A. St.] *Ἀπέδοσαν* idem Menexeno pag. 521. D. 522. E. [p. 242. C. p. 244. B. St.] *Thucyd.* lib. II. [cap. 6.] p. 101. l. 55. [cap. 92.] p. 159. l. 9. [*Aeschin.* c. Ctesiph. p. 66. Steph. p. 409, 86. Bekk. p. 68. Steph. p. 416, 104. Bekk. *Isocrat.* Paneg. p. 57. Steph. p. 63, 84. Bekk. in Callim. p. 372. Steph. p. 446. Bekk.] *Ἀπεδώκαμεν* ioco positum in *Alexidis* Milite apud *Athen.* lib. VI. p. 223. F.

18. *Ἀπολλύς*] In MS. *ἀπολὺς* et *ἀπολύων*. HUDSON.

Sic et Leid. Reliqui omnes recte *ἀπολλὺς* et *ἀπολλύων*. *Phrynichus* Musis apud *Harpocration.* v. *Καθίσκος*. *Ἰδοὺ, δέχου τὴν ψῆφον· ὁ καθίσκος δέ σοι, Ὁ*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Ἀπηλάθη[23], Ἀττικῶς. ἀπηλάσθη, Ἑλληνικῶς.

Στασιώτης. Herodot. lib. I. cap. 13. cap. 59. etc. Apud *Platonem* Theaet. p. 132. D. [p. 181. A. St.] *οἱ τοῦ ὅλου στασιῶται* philosophi sunt, *qui universum stabile ponunt.* Utitur *Moeride Wetstenius* ad Marc. cap. XV. v. 7. ubi *συστασιασταί.*

48. *Στερίφη, Ἀττικῶς. στερρὰ, Ἑλληνικῶς*] Ita Cod. Coislin. quae lectio defendi potest. Etenim vocis *στέριφος* duae sunt significationes, *firmus* nempe et *sterilis.* Cum autem *Moeris* alteram supra attingit, de priore ibi agere voluisse verosimile est. At, inquiet aliquis, vox *στερρὸς* ab *Aeschylo* et *Euripide* saepenumero usurpatur; non igitur a *Moeride* inter voces parum Atticas amandari potuit. Sed cui compertum non est, ad eum lapidem Grammaticos saepe offendere? Deinde vero eadem est ratio nominis *στεῖρα*, utpote quae ab *Onomacrito* Atheniensi cive usurpata deprehendatur. Sic enim ille, ubi de Ostrita v. 115. *Τοῖον γαῖα βρότοισιν ἀρηγόνα τίκτεν ὀρείτην Ὅστε καὶ οὐταμένοις ἄκος ἡρώεσσι κομίζει Καὶ στείρῃσι γυναιξὶ τεκεῖν φίλα τέκνα δίδωσι.* Accedit *Euripides* Andromach. v. 711. *Ἡ στεῖρος οὖσα μόσχος οὐκ ἀνέξεται.* SALLIER.

Στερίφη, Ἀ. ἡ στεῖρα, στερρὰ, Ἑλλ. Ed. et Leid. pro *στερρὰ* habent *στερὰ*, quam vocem una litura sanandam censet Cel. *Ruhnkenius* ad Tim. v. *Στερίφαι* [p. 238. sq.]. cuius sententia non videtur aspernanda. Verum Coisl. Reg. Coll. Schl. Gron. exhibent utrumque *στεῖρα* et *στερρά*. Respicit *Moeris Aristophanis* Thesmoph. v. 648. *Στερίφη γάρ εἰμι, κοὐκ ἐκύησα πώποτε. Moschopulus II, Σ.* p. 198. *Στερίφη,* 360 *ἡ στεῖρα. Γῆ ἄγονος* et *στερίφη Aelian.* H. A. lib. II. cap. 49. *pecudes στερίφαι.* lib. III. cap. 33. Plura dabit modo laudatus *Ruhnkenius.*

Σκιμαλίσαι[49], *Ἀττικῶς. καταδακτυλίσαι, Ἑλληνικῶς.*

Σιτίζειν[50] *τὸ παιδίον, Ἀττικῶς. ψωμίζειν, Ἑλληνικῶς.*

Σχινδαλμὸς[51], *ἐν τῷ χ, Ἀττικῶς. σκινδαλμὸς, Ἕλληνες.*

49. *Σκιμαλίσαι, Ἀ. καταδακτυλίσαι, Ἑ.*] *Hesychius: Σκιμαλίσαι, καταδακτυλίσαι. Aristoph.* Acharn. v. 443. *Ὅπως ἂν αὐτοὺς ῥηματίοις σκιμαλίσω.* ubi vid. *Scholia* et *Suidam* v. Pace v. 548. *Καὶ τὸν δορυξόον οἷον ἐσκιμάλισεν.* ubi etiam adi *Schol.* et *Menag.* ad Diogen. Laërt. lib. VII. cap. 17. *Hesych. Σιφνιάζειν.*

50. *Σιτίζειν τὸ παιδίον*] Is articulus debetur Codici Coisl. (et Coll. Gron.) Sed pro *ψωνίζειν* scribendum est *ψωμίζειν*. et ita *Thomas Mag. Σιτίζειν, Ἀττικοὶ, οὐ σιτεύειν, οὐδὲ ψωμίζειν.* Sallier.

Σιτίζειν. Aristophan. Eq. v. 713. *Κᾆθ' ὥσπερ αἱ τίτθαι γε σιτίζεις κακῶς. Xenophon* Conviv. [cap. 4, 9.] p. 882. B. *ὥσπερ ἔνιοι τοὺς ἀλεκτρυόνας σκόροδα σιτίσαντες συμβάλλουσι. Herodot.* lib. VI. cap. 52. *Moschopulus Π. Σ.* p. 54. *Σιτίζω τὸ παιδίον, ἀντὶ τοῦ ψωμίζω. Hesychius: Σιτήσας, θρέψας.* Leg. *Σιτίσας.* Conf. not. ad *Thom.* v.

51. *Σχινδαλμός*] Aliis *Σχινδάλαμος.* Minus recte forsan apud *Aristophanem σκινδαλμὸς* cum $\overline{\kappa}$. Vid. *Lamb. Bosium* in Observvv. Critt. p. 186. Hudson.

Σχινδαλμός. Apud *Aristophanem* tamen *σκινδαλμὸς* scriptum semper reperias. Ita quoque *Lucianus* [Disc. cum Hes. 5.] T. II. p. 602. [T. III. p. 243. l. 77.] Hinc non iniuria quis suspicetur, *Moeridem* scripsisse: *Σκινδαλμὸς, ἐν τῷ κ, Ἀττικῶς. σκινδαλμὸς, Ἕλληνες.* Sallier.

Σχινδαλμός. De ipsa voce, quam *Scholiasta* Aristophanis et *Suidas* aliique satis explicuerunt, nihil dicam; pauca de diversa scribendi ratione. *Hesychius: Σκινδάλαμος, σκόλοψ. τινὲς δὲ διὰ τοῦ χ, σχινδάλαμος. ἄλλοι σκινδαλμός.* Apud *Aristophanem* bis per $\overline{\kappa}$ scriptum Nub. v. 130. Ran. v. 835. sed *Moeridis* auctoritate $\overline{\chi}$ pro $\overline{\kappa}$ ponenda est. 361 [cf. *Matthaei* Lectt. Mosq. T. II. p. 87.] Atticis enim in quibusdam verbis et nominibus placuit post sibilum $\overline{\sigma}$ litteras $\overline{\kappa}$ et $\overline{\pi}$ mutare in $\overline{\chi}$ et $\overline{\varphi}$. Ita *Λίσφος* dixerunt pro *Λίσπος*, quod supra e *Tzetze* monuimus. *Ἀσφάραγος* pro *Ἀσπάραγος.* Vid. not. ad *Phrynich.* p. 40. [p. 110. Lob.] *Σφόνδυλος* pro *σπόνδυλος. Σχελίδες* pro *Σκελίδες*, úti ad *Euripidis* Phoeniss. v. 1422. monuit Cl. *Valckenaerius*, ubi *Moeridem* etiam excitavit. Eadem varietas in *Σφονδύλη* et *Σπονδύλη, Σχέραφος* et *Σκέραφος* apud *Hesychium.* Pro *ἀνασκινδυλευθῆναι* apud *Platonem Timaeus* et *Phrynichus*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access

$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Τάγηνον 3, *Ἀττικῶς. τήγανον, Ἑλληνικῶς.*

ἔνια φασι τῷ ὕστερον ἔτει διαφύεσθαι καὶ διαβλαστάνειν. Sed ibi fortasse *τευτλίων* scribendum: *σεύτλιον* enim semel, *τεύτλιον* vero compluribus in locis apud *Theophr.* legitur. Adde, quod postremum illud nomen ab Atticis scriptoribus semper usurpatum reperias. Hinc *Lucianus* [Iud. Voc. 9.] T. I. p. 53. [T. I. p. 94.] de illa voce sic disputat: *ἀλλὰ τί λέγω ταῦτα; Θεσσαλίας με ἐξέβαλεν ὅλης, Θετταλίαν ἀξιοῦν λέγειν, καὶ πᾶσαν ἀποκεκλεισμένον τὴν θάλασσαν, οὐδὲ τῶν ἐν κήποις φεισάμενον σεύτλων.* Sallier.

Τεύτλιον. Duas voces ab *Hudsono* additas, *καὶ τεῦτλον*, MSSti non agnoscunt. Conf. *Thom. Alexis* apud *Athenaeum* lib. XIV. p. 621. E. *Καὶ πάλιν, ἐὰν μὲν σεύτλιον, παρείδομεν. Ἐαν δὲ τεύτλιον, ἀσμένως ἠκούσαμεν. Ὡς οὐ τὸ σεῦτλον ταὐτὸν ὂν τῷ τευτλίῳ.*

3. *Τάγηνον*] Is articulus debetur Cod. Coisl. Nec *Moeridi* omittendus fuit, cum illud nomen ab aliis aliter scribi solitum ostendunt haec *Photii* in Lex. MS. *Τάγηνον, τοῦτο Ἰώνων τινὲς τήγανον λέγουσι.* qua in re tamen non omnino ipsi cum *Etymologo* convenit, utpote qui *τίγανον* Ionum fuisse contendat: *τάγηνον, τοῦτο Ἰωνικῶς τινες τίγανον λέγουσι.* nisi *τίγανον* mutes in *τήγανον.* Neque *τήγανον* nobis probari potest; *ἤγανον* enim apud utrumque legi debere suspicamur, *Athenaei* inprimis testimonio freti, qui hocce nomen laudat auctore *Anacreonte*, et inter Ionicas voces numerat. Sic autem *Athenaeus* lib. VI. p. 229. *χωρὶς δὲ τοῦ τ στοιχείου Ἴωνες ἤγανον λέγουσιν, ὡς Ἀνακρέων. χεῖρα τ' ἐν ἠγάνῳ βαλεῖν.* Non audiendus igitur *Eustath.* qui Comm. [ad Hom. Od. T.] p. 1862. [v. 11. ed. Rom.] *ἤγανον* vocem Doricam esse 363
ait. Nam quis credat, ab *Anacreonte* voces Dorum peculiares usurpatas? Certe apud nos plus semper valebit *Athenaei* auctoritas; e quo praeterea nomen *τάγηνον* magis quam *τήγανον* obvium fuisse discimus. Nihil enim aliud ex his illius verbis colligas lib. VI. p. 228. *ζητῶ δὲ καὶ εἰ δούλων πλῆθός τινες ἐκέκτηντο, ὥσπερ καὶ οἱ νῦν, καὶ εἰ τὸ τήγανον εἴρηται, καὶ μὴ μόνως τάγηνον.* Ibi vero complura veterum Comicorum testimonia reperiuntur, quibus fretus nomen *τήγανον*, licet contra dicente *Moeride*, non immerito asseras. Sallier.

Τάγηνον. Restitui Glossam e Coisl. Coll. Schl. et Ward. in qua *Ἀττικοὶ* et *Ἕλληνες.* Sic et Bibl. Coisl. Respicit *Moeris* ad *Aristophanis* Equit. v. 925. *Τὸ μὲν τάγηνον τευθίδων Ἐφεστάναι σίζον. Scholiasta: τάγηνον δὲ τήγανον.* Eleganter *Eupolis* apud *Plutarch.* de Ad. et Am. discrim. T. II. p. 54. B. parasitos appellat *τοὺς περὶ τάγηνον καὶ μετ' ἀρίστου φίλους.* Utuntur et alii plures apud *Athenaeum*, qui *τήγανον* etiam ab Atticis fuisse usurpatum docet lib. VI. p. 228. E. quem locum laudat

Τιμώρια[4], *Ἀττικῶς. παροξυτόνως, Ἑλληνικῶς.*
Τήμερον[5] *εἶναι, Ἀττικῶς. ὡς Νεφέλαις·*
— κεχόρευται γὰρ μετρίως τόγε τήμερον εἶναι.
τὸ σήμερον ἔχον, Ἑλληνικῶς.
Τήμερον[6]*, Ἀττικῶς. σήμερον, Ἑλληνικῶς.*

Cl. *Sallierius.* Comparandus *Pollux* lib. X. sect. 98. et ad eum ὁ θαυμάσιος *Hemsterhusius.* In Comicorum autem fragmentis apud *Athenaeum* saepe alterum alterius locum occupavit. Ita in *Alexidis* fragmento lib. VII. p. 324. C. scribendum: *Ἐπὶ τὸ τάγηνον σίζον ἐπεισιὼν φέρω*, pro *ἐπὶ τὸ τήγανον.* Contra in eiusdem versibus e Pannychide vehementer depravatis lib. XII. p. 516. E. pro *Πυὸν μέλιτος ὀξύβαφον ἀπὸ ταγήνου τυροῦ. Τροφάλια χλωρὰ κυθνίου παρατεμών.* metro iubente reponendum est *ἀπὸ τηγάνου.* Pro *μέλιτος* forte *μελίτιον. Τυροῦ* autem ad sequentem versum reiiciendum est: *Τυροῦ τροφάλια χλωρὰ Κυθνίου παρατεμών.*

4. *Τιμώρια*] Hac etiam particula locupletior est Grammaticus noster, ope Cod. Coisl. et Coll. Ward. in qua tamen iterum *Ἀττικοὶ* et *Ἕλληνες*, et sic *Montefalc.* in Bibl. Coisl. ubique. Conf. supra *Κάταντες, Μάντεων.*

5. *Τήμερον εἶναι, Ἀ. σήμερον. Ἑ.*] Is articulus sic
364 legitur in Cod. Coisl. *Τήμερον εἶναι, Ἀττικῶς. ὡς Νεφέλαις· κεχόρευται γὰρ μετρίως τόγε τήμερον εἶναι. σήμερον, Ἕλληνες.* Locus autem, qui *Moeridi* laudatur, reperitur in Nub. *Aristoph.* v. 1512. ubi scribitur *ἡμῖν*, non *εἶναι.* Sallier.

Τήμερον. Coisl. et Reg. in Coll. *Stoeberi* praebent: *Τήμερον εἶναι, Ἀττικῶς. ὡς Νεφέλαις· κεχόρευται γὰρ μετρίως ἡμῖν τοῦ τήμερον εἶναι. τὸ σήμερον ἔχον, Ἑλληνικῶς.* Similiter Bibl. Coisl. et Coll. Ward. ubi pro *ἔχον, ἔχει*, et *Ἀττικοὶ, Ἕλληνες.* In Coll. Gron. versus *Aristophaneus* sic scriptus est: *Κεχόρευται γὰρ μετρίου ἡμῖν τὸ τ. ἐ.* quem leviter ex *Aristophanis* editione emendavi. Huic vero e *Moeride* reddendum *εἶναι* pro *ἡμῖν.* Eandem loquendi formulam adhibet *Plato* Cratyl. p. 273. C. [p. 396. D. St.] *Δοκεῖ οὖν μοι χρῆναι οὕτωσὶ ἡμᾶς ποιῆσαι, τὸ μὲν τήμερον εἶναι, χρήσασθαι αὐτῇ. Aristides* T. I. p. 275. laudatus *Thomae Mag. Alciphron.* lib. I. ep. 1. et lib. III. ep. 39. *ἡ νηστεία δὲ τὸ τήμερον εἶναι ἑορτάζεται.*

6. *Τήμερον*] Glossulam addidi ex Coisl. et Regio. *Τήμερον* per $\overline{\tau}$ saepissime reperias apud *Aristophanem*, per $\overline{\sigma}$ *σήμερον* Equit. v. 67. et alibi. Sed hanc inconstantiam potius librariis quam ipsi Comico tribuendam censeo. Apud *tragicos, Thucydidem, Platonem* per $\overline{\sigma}$ legitur et hoc et similia, in quibus Comici $\overline{\tau}$ po-

Ταχίον[7] *οὐ λέγεται παρ' Ἀττικοῖς, ἀλλὰ θᾶττον.*
Τερθρεία[8]*, Ἀττικῶς. τερατεία, Ἑλληνικῶς.*
Τειχίον[9]*, τὸ τῆς οἰκίας, Ἀττικῶς. τεῖχος, τὸ τῆς πόλεως, Ἑλληνικῶς.*

suerunt. Insignis est *Aelii Dionysii* locus apud *Eustath.* ad Il. K. p. 736. l. 26. qui perlegi meretur. Conf. *Mattair.* de Dial. p. 5. aliosque ipsi citatos.

7. *Ταχίον*] *Phrynichus* p. 26. [p. 76. Lob.] *Thomas M.* v. *Θᾶττον*. *Herodianus* Philetaero, ubi paucula notabo.

8. *Τερθρεία, Ἀ. τερατεία, Ἑλληνικῶς.*] Distinguit haec bina *Thomas Magister*, *τερατείαν* per *θαυματοποιίαν* explicans, *τερθρείαν* per *τὸν μετὰ φλυαρίας τερατώδη λόγον*. Sed utroque significatu utrumque apud scriptores Atticos occurrit. In *Isocratis* Helenae Encom. T. II. p. 116. [p. 231, 4. Bekk.] in nova editione expressum est *τερθρείας*, pro quo in *Stephani* ed. p. 209. A. est *τερατείας*, quo orator
365 etiam utitur Panathen. initio. *Τερθρείαν* qui adhibuerint, plures scriptores laudat Cl. *Ruhnkenius* ad Tim. v. [p. 252.] et *Sallierius* ad Thomam. *Sophron* de haeresibus apud *Fabricium* B. G. Vol. VII. p. 485. *Δίδυμος καὶ Εὐάγριος οἱ τῆς Ὠριγενιανῆς τερθρείας μυστηριάρχαι παμμιαροι*. *Eustathius* ad Il. I. p. 643. f. *τὸ δὲ ταφὼν Ἰωνικὴν ἔχει τερθρείαν τοιαύτην, mirificam mutationem*. *Pherecratis* auctoritate hanc vocem confirmat *Orus* apud *Etymol.* p. 753. init. Sed *Moeris τερθρείαν* videtur scriptum reperisse in *Aristophanis* Nubib. v. 317. uti in nostris editionibus *τερατείαν* circumfertur. Quod genus vitiorum saepissime perdifficile est in scriptoribus detegere; verum late patet et, ut ita dicam, dominatur, praesertim si explicatio litterarum ductibus prope accedat ad vocem glossematicam.

9. *Τειχίον*] Melius *Thomas*, quem vide. SALLIER.

Τειχίον. Pro *οἰκίας* Coll. Gron. *οἰκείας*. Usus est hoc loco Cl. *Wetstenius* ad Act. cap. IX. v. 25. nihil vitii suspicatus. Mihi illud *Ἑλληνικῶς* a mala manu Grammatico nostro invito videtur obtrusum: quo deleto amice conspirabit cum *Ammonio*: *Τείχη καὶ Τειχία διαφέρει. Τείχη μὲν γάρ ἐστι τὰ τῶν πόλεων. Τειχία δὲ τὰ τῶν οἰκιῶν*. Paulo aliter *Hesychius*: *Τειχίον Ἀττικοὶ τὸν περίβολον τοῖς χωρίοις. ὁ δὲ Ὅμηρος, τεῖχος μὲν τὸ τῆς πόλεως, τειχίον δὲ τὸ τῆς οἰκίας*. Pro *agrorum sepe τειχίον* occurrit apud *Xenophontem* Cyneget. [imo de re equestri cap. 3, 7.] loco a *Steph.* Thes. laudato, de equo, *τειχίον ὑπερβαίνειν*. Sed et pro *pariete* in *Aristoph.* Eccl. v. 494. ubi male Interpres *parvum parietem* dedit. Atque ita apud alios saepissime: eamque differentiam observarunt, quotquot recte scripsere. Eadem autem ratione loquitur Noster supra in *Ζώνιον, τὸ γυναικεῖον, Ἀττικῶς.*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Τιμήσεται [15], Ἀττικῶς. τιμηθήσεται, Ἑλληνικῶς.

ἐτωθάζετο τοῦ θεοῦ τοὺς θεραπευτῆρας, praetulerim ἐτώθαζε vel ἐπετώθαζε, ut est in v. Χλευα-
367 σία. Utrumque σκώπτειν et τωθάζειν coniungit *Libanius* T. I. p. 406. D. σκωπτόμενος καὶ τωθαζόμενος. et p. 416. Κατατωθάζειν usurpat idem T. I. p. 179. A. Ἀντιτωθάζειν *Conon* Narr. XLIX. p. 299. Μηδεία δὲ σὺν ταῖς ἀμφ' αὐτὴν γυναιξὶν, αἳ δῶρον ἦσαν γάμων τῶν Ἰάσονος, παίζουσαι μετὰ μέθην, ἔσκωπτον τοὺς ἥρωας ἐν τῇ παννυχίδι. οἱ δὲ ἀντετώθαζον τὰς γυναῖκας. κ. τ. λ. quocum loco comparandus *Apollonius Rh.* lib. IV. v. 1725. Τὰς δ' αἰσχροῖς ἥρωες ἐπεστοβέεσκον ἔπεσσι, Χλεύῃ γηθόσυνοι. κ. τ. λ.

15. Τιμήσεται, Ἀ. τιμηθήσεται, Ἑλλ.] Cave *Moeridi* credas. Plurimis enim exemplis futura passiva in usu apud Atticos fuisse ostendi potest; verum satis nobis esse videtur hicce *Platonis* locus de Rep. lib. II. p. 361. E. ἐροῦσι δὲ τάδε. ὅτι οὕτω διακείμενος ὁ δίκαιος μαστιγώσεται, στρεβλώσεται, δεδήσεται, ἐκκαυθήσεται τὼ ὀφθαλμώ. ubi vides, nullo discrimine futurum medium et passivum a viro Atticarum venustatum inprimis studioso usurpari. Sallier.

Τιμήσεται. Negari nequit, futura passiva etiam ab ipsis scriptoribus Atticis fuisse usurpata, neque illud ipse *Moeris* negaverit. Sed solent media futura ita saepissime adhiberi, quae a Grammaticis per futura passiva explicantur. Vide *Suidam* in Εὑρήσομαι, Ζητήσεται. *Moerin* in Γυμνάσεται et Ἀπαλλάξονται. Τιμήσεται legitur in *Sophocl.* Antigon. v. 216. *Platon.* Phaedr. [imo Hipp. mai.] p. 1247. B. [p. 284. B. St.] alibi τιμήσομαι, τιμήσονται. Consulendus omnino Magnus *Hemsterhusius* ad Thom. v. Τιμήσεται. Levis menda eximenda e *Joanne Grammatico*: πολλάκις ἐναλλάσσοντες, τὸ μισηθήσεται, μισήσεται λέγουσι, καὶ τὸ ζητηθήσεται, ζητήσεται, καὶ τιμηθήσεται, τιμήσεται, καὶ τὰ ὅμοια. Reponendum τιμηθήσεται, τιμήσεται. Alia exempla dedit Cl. *Kusterus* de Verb. Med. p. 161. *Hemsterhusio* citatus; quibus facile esset plurima addere. Verum quisque attentus lector semel monitus talia in scriptoribus legendis poterit observare. Librarii saepe passivum futurum substituere, ut pro ζημιώσεται in *Thucyd.* lib. III. [cap. 40.] p. 192. l. 63. MS. ζημιωθήσεται. Perperam Interpres in *Lysiae* Or. contra Agorat. p. 243. f. [p. 132. Steph. p. 269, 33. Bekk.] et de Aristoph. bon. p. 341. f. [p. 154. Steph. p. 314, 27. Bekk.] ἀναγνώσεται Latine reddit *scriba praeleget*: est enim pro ἀναγνωσθήσεται. Recte *Bachius* V. Cl. in *Xenophontis* Apologia Socr. sect. 26. edidit μαρτυρήσεται, quod etiam probavit *Ernestius* in litteris ad ipsum datis. Sed iuvat 368
taedii Grammatici minuendi causa elegantissimum *Eubuli* Comici fragmentum adscribere, in quo πωλήσεται est pro πωληθήσεται, ut turpi liberem macula. Conser-

Τέως[16], *Ἀττικῶς. ἕως ἧ μέχρι, Ἑλληνικῶς.*
Ταὐτὸν[17], *Ἀττικῶς. τὸ αὐτό, Ἕλληνες.*
Τίνι κηδεύομεν[18], *Ἀττικῶς. παρὰ τινὸς γυναῖκα λαμβάνομεν, Ἑλληνικῶς.*
Τάριχος[19], *οὐδετέρως, Ἀττικῶς. ἀρσενικῶς, Ἕλληνες.*

vavit illud *Athenaeus* lib. XIV. p. 649. B. *Ἐν τῷ γὰρ αὐτῷ πανδ' ὁμοῦ πωλήσεται, Ἐν ταῖς Ἀθήναις οὐκ ἀκλητῆρες, βότρυς, Γογγυλίδες, ἄπιοι, μῆλα, μάρτυρες, ῥόδα, Μέσπιλα, χόρια, σχαδόνες, ἐρέβινθοι, δίκαι κ.τ.λ.* Versui 2. *Casaubonus*, Vir Illustris, succurrere tentabat scribendo *οὐχὶ κλητῆρες* vel *οὐ καλητῆρες*. Et optime quidem suspicatus est latere *κλητῆρας*. Perstringit enim poëta Atheniensium *τὸ φιλόδικον*. Verum in litteris *ΟΥΚ Α* alia latet lectio, quam sic restituimus: *Ἐν ταῖς Ἀθήναις, ΣΥ˜ΚΑ, κλητῆρες, βότρυς*. *Ficuum* mentionem a poëta fuisse iniectam, quis dubitet? *ΟΥ* autem et *CY* creberrime in libris permutantur. Vid. *D'Orvill.* ad Charit. p. 679. f. [p. 365. ed. Lips.]

16. *Τέως*] Vide not. ad *Herodiani* Philetaerum. *μέχρι* pro *μέχρις* Coisl. Reg. Coll. Gronov.

17. *Ταὐτόν*] In serie Cod. Coisl. quam *Ruhnkenio* debemus, est *Ταὐτό*. Utroque modo scribi praeter alios Grammaticos observat *Thomas M.* quem vide. Pro *Ἕλληνες* Coll. Gron. *Ἕλλην.* abbreviate pro *Ἑλληνικῶς*.

18. *Τίνι κηδεύομεν*] In Leid. sine *τίνι* legitur *Κηδεύομεν*, uti in suo Codice etiam reperisse videtur *Hudsonus*, qui supra in litttera *K.* hanc glossam posuerat. Nos autem ductu MSS. Coisl. Reg. Coll. Schl. Gron. eam illic delevimus et loco suo restituimus. *Κηδεύειν* cum dativo hoc sensu legitur in *Euripidis* Hippol. v. 634. *Ἔχει δ' ἀνάγκην, ὥστε κηδεύσας καλοῖς Γαμβροῖσι, χαίρων σώζεται πικρὸν λέχος. Ἡ χρηστὰ λέκτρα, πενθεροὺς δ' ἀνωφελεῖς Λαβὼν, πιέζει τ' ἀγαθῷ τὸ δυστυχές.* ubi *γαμβροὶ* observante *Scholiasta* sunt *πενθεροὶ, soceri.* et in *Thyesta* v. 3. *Πλούτου δ' ἀπορρύεντος, ἀσθενεῖς γάμοι. Τὴν μὲν γὰρ εὐγένειαν αἰνοῦσιν βροτοὶ, Μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖς εὐδαίμοσιν.* 369 In Hecuba v. 1202. *Κηδεύσων τινα* utraque ratione explicari potest, vel per: *ducturus alicuius filiam*, vel: *filiam alicui uxorem daturus*. Med. v. 367. *οἱ κηδεύσαντες soceri* sunt. *Κηδεύειν* saepe pro *affinitatem contrahere*. Vid. *Stephanum* in Thesauro.

19. *Τάριχος*] *Aristoph.* Ran. v. 566. *Τί δαί; τὸ πολὺ τάριχος οὐκ ἐρηκά πω. Schol. οὕτως ἔλεγον Ἀττικοὶ οὐδετέρως.* Equit. v. 1244. Ach. v. 966. 1100. Vesp. v. 489. Conf. *Thomam M.* et ibidem laudatos *Polluc.* lib. VI. sect. 48. et *Athenaeum* lib. III.

Τελευταῖον[20] *μόνως· τελευταιότατον οὐδεὶς τῶν παλαιῶν.*

Τριπλᾶ[21]*, τετραπλᾶ, περισπωμένως καὶ μακρῶς, Ἀττικῶς. βραχέως, Ἑλληνικῶς.*

Τέρα[22] *καὶ τερῶν, Ἀττικῶς. τέρατα καὶ τεράτων, Ἑλληνικῶς.*

Τροφαλὶς[23]*, Ἀττικῶς. τυραπάλη, Ἑλληνικῶς.*

p. 119. B. *Eustathius* ad Il. A. p. 55. l. 35. *Κατὰ δὲ Ἡρωδιανὸν καὶ τάριχος ἑκατέρως λέγεται τὸ τάριχος καὶ ὁ τάριχος. κ. τ. λ.* Neutrum solis Atticis fuit proprium, masculinum ipsis cum ceteris Graecis, Ionibus, Doriensibus commune.

20. *Τελευταῖον*] Leid. *τελευταῖαν. Τὸ τελευταῖον Aristoph.* Nub. v. 942. Conf. *Phrynich.* p. 22. 102. [p. 69. Lob.] *Graevium* ad *Luciani* Soloecist. [5.] T. III. p. 565. *Hesych. Τελεύτατον, ἄκρον, ἔσχατον.* Forte *Τελευταῖον. Ἀττικοὶ* abest a MSS.

21. *Τριπλᾶ*] *Suidas* v. *Διπλαῖ. Ὅτι τὸ ἁπλᾶ καὶ διπλᾶ, καὶ πολλαπλᾶ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα περισπῶσιν οἱ Ἀττικοί. ἀργυρᾶ, χρυσᾶ, κεραμεᾶ, ἀπὸ τοῦ κεραμεοῦν. καὶ φοινικᾶ, ἀπὸ τοῦ φοινικοῦν.*

22. *Τέρα*] *Ἀττικῶς* et *Ἑλληνικῶς* e Coisl. et Reg. pro *Ἀττικοὶ* et *Ἕλληνες*. In Leid. et Coll. Gron. est *τέρατα τεράτων* sine *καί*. Leid. *Ἀττικοί*. Utuntur *Moeridis* observatione *Albertius* ad Glossar. N. T. p. 114. et *Wetstenius* ad Matth. cap. XXIV. v. 24. Ultima in *τέρα* producitur, ut in *γέρα*, *Soph.* El. v. 445. *Timocl.* apud *Athen.*, lib. VI. p. 237. F. quae in *κρέα* per systolen corripitur. Vid. *Schol.* Aristoph. ad Pac. v. 191.

23. *Τροφαλὶς, Ἀ. τυρόγαλα, Ἕλληνες.*] Ita ex coniectura. In MS. *τυροπάλη*. Hudson. 370

Τροφαλὶς, Ἀ. τυρόγαλα, Ἑλλ. In MSS. *Moeridis* Codicibus legitur *τυροπάλη*. Clar. *Hudsonus* malit *τυρόγαλα*, quam vocem nobis prorsus incognitam non diffitemur. Melius igitur, nostro quidem iudicio, legeretur *τυρὸς ἁπαλός*. Atque nostrae huic coniecturae favent inprimis haec *Eustathii* [ad Hom. Il. *Ω*.] p. 1339. [p. 1467, 34. ed. Bas.] *ὅτι δὲ τὸ τρέφεσθαι καὶ ἐπὶ τοιούτου σημαινομένου νοεῖται, δῆλον ἐξ οὗ καὶ τρόφι κῦμα εἴρηται. καὶ τροφαλὶς δὲ κατὰ Ἡρωδιανὸν ἐπὶ τυροῦ. ἧς χρῆσις καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ Ἀντιφάνει ἐν τῷ, τροφαλίδας τε λινοσάρκους, μανθάνεις; τύρον λέγω, ἵνα εἴη αἰνιγματωδῶς λέγων λινοσάρκους, ἤγουν λεπτὰς καὶ ἁπαλὰς τροφαλίδας τὸν τοιοῦτον τυρόν. Τροφαλὶς* itaque est *τυρὸς ἁπαλὸς*, in eo diversus a ceteris caseï generibus. Eiusmodi caseorum fit mentio apud *Diogen. Laërt.* [libi IV. cap. 7. §. 47.] p. 108. *οὐχ οἷόν τε, εἰπεῖν*, inquit, *ἁπαλὸν τυρὸν ἀγχίστροφι ἐπισπᾶσθαι*, id

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access

$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Τραυλίζειν[26], *Ἀττικῶς. ψελλίζειν, Ἑλληνικῶς. Ταμίαν*[27], *τὸν κατ' ἀγρους οἰκονόμον καὶ ἐπίτροπον, Ἀττικῶς. οἰκονόμον, Ἕλληνες.*

Etymologus: Τρώας, τὸ μὲν Τρῶαι, σημαίνει τὰς Τρωϊκὰς, ἢ ἵππους, ἢ γυναῖκας. Moeris autem non est audiendus, cum vocem *Τρωάδες* tanquam minus Atticam repudiat. Hanc enim illius opinionem penitus evertunt haec *Euripidae* Hecub. v. 486. *Ποῦ τὴν ἄνασσαν δή ποτ' οὖσαν Ἰλίου Ἑκάβην ἂν ἐξεύροιμι, Τρωάδες κόραι.* Alia complura, si res postularet, exempla ex eodem tragico adduci possent. Sallier.

Τρωάς. Τρωὰς ἵππους, γυναῖκας habet *Homerus*. Ad similem scriptoris Attici locum respiciens *Moeris Τρωὰς* interpretatur *Τρωάδας*. Conf. *Etymol.* p. 770. l. 30. *Stephanus Byzantinus* v. *Τροία. Τὸ θηλυκὸν Τρωὶς καὶ Τρωϊὰς* (leg. *Τρωὰς*) *ἢ παρὰ τὸ Τρώϊος, Τρωϊὰς, ὡς Λέσβιος, Λεσβιάς. Ἐστὶ καὶ Τρωὰ θηλυκῶς, καὶ Τρωὶς καὶ Τρωϊάς.* ubi recte *Holstenius Τρωὰ* defendit: sed ultima *καὶ Τρωὶς καὶ Τρωϊὰς* male repetita una litura videntur sananda. Levi macula liberandus Hymnus in Venerem, qui vulgo *Homero* solet tribui, v. 114. *Τρωὸς γὰρ μεγάρῳ με τροφὸς τρέφεν.* In omnibus, quas vidi, editionibus circumfertur *Τρωός. Troiani* interpres dedit. Legendum *Τρωὰς* vel *Τρωὶς*, *Troiana nutrix.*

26. *Τραυλίζειν, Ἀ. ψελλίζειν, Ἑλλ.*] *Aristoph.* Nub. v. 860. 1384. Vesp. v. 45. 47. 372

27. *Ταμίαν, τὸν κατ' εἶδος οἰκονόμον*] Ita ex coniectura. In MS. *κατ' ἄγους*. Unde forsan aliquis mallet *κατ' ἀγῶνας οἰκ.*, vel *κατ' ἄλλους οἰκ.*, vel denique *κατ' οἴκους ἐπίτροπον*, caeteris omissis. Hudson.

Thom. M. Ταμίαν, Ἀττικοί· οἰκονόμον καὶ ἐπίτροπον, Ἕλληνες. Unde mihi *Moeris* videtur esse ita corrigendus: *Ταμίαν, Ἀττικῶς. οἰκονόμον καὶ ἐπίτροπον, Ἕλληνες.* aut *κατ' ἄλλους* legendum pro *κατ' εἶδος*. Fischer.

Ταμίαν, τὸν κατ' εἶδος οἰκονόμον. In Cod. Coisl. legitur *κατ' ἀγροὺς*, recte. *Villicum* appellat. Sallier.

Ταμίαν. Leid. *κατ' ἄγους* et in fine *σικονόμον*. Cl. *Stoebero* ad Thom. v. placebat *κατ' ἄλλους*. Veriorem lectionem praebet Coisl. Reg. Coll. Schl. Gron. *τὸν κατ' ἀγροὺς οἰκονόμον*, merito a *Sallierio* probatam. *Glossae Philoxeni: Villicus, οἰκονόμος, ἐνοικολόγος, ὁ κατὰ ἀγρὸν οἰκονομῶν.* Ita *οἰκονόμος* usurpatur a *Charitone* lib. II. [cap. 1. init.] p. 24. l. 9. ad quem locum vide *D'Orvillii* Animadvv. p. 157. [p. 276. ed. Lips.] Conf. id. p. 372. [p. 426. ed. Lips.] *Villicus, qui ruri est in praefectura sua, Plauto* Casin. A. I. v. 11. *Ταμίας* ita videtur positum a *Xenophonte* H. Gr. lib. II. [imo lib. III. cap. 1, 24.] p. 485. C. *ἐπεὶ δ' εἰσῆλθεν, ἐκάλει ὁ Δερκυλλίδας τοὺς ταμίας.* ubi *Leunclavius* dedit *quaestores*. Malim

Τίφυν[28], *Ἀττικῶς. ἐφιάλτην, ἢ ἐπιάλτην, Ἑλληνικῶς.*
Τυπτήσειν[29], *Ἀττικῶς. παίσειν, Ἑλληνικῶς.*
Τροπίαν[30] *καὶ ἐκτροπίαν, Ἑλληνικῶς.*

villicos vel *dispensatores*. Conf. *Is. Vossium* ad Catull. p. 141. *Aristophanis* locus Vesp. v. 611. huc non videtur pertinere. De figurato huius nominis usu alia fortasse occasione quaedam dicemus.

28. *Τίφυν, Ἀ. ἐφιάλτην — Ἑλληνικῶς.*] Aliter omnino *Eustathius* Comm. [in Hom. Il. *E.*] p. 561. [p. 426, 13. ed. Bas.] *ἐν δὲ ῥητορικῷ Λεξικῷ φέρεται, ὅτι ἐπιάλτην Ἀττικοί φασι δαίμονά τινα, διὰ δὲ τοῦ φ ἐφιάλτην, ἀνδρὸς ὄνομα. ἑτέρωθι δὲ ὅτι ἐπιάλτης, ὁ πνιγαλιὼν ὑπὸ τινῶν, ὁ δ' αὐτὸς καὶ ἠπιάλος. ἐν δὲ τοῖς Ἡρωδιανοῦ κεῖται καὶ ἠπιάλης, ἠπιάλητος, οὗ χρῆσις παρὰ Σώφρονι.* A nonnullis quoque dictus daemon ille *εὐόπας*, teste Aristophanis *Scholiaste* Vesp. v. 1033. *Δίδυμος δέ φησι, δαιμόνιον ἠπιάλην καὶ τίφην, καὶ εὐόπαν καλοῦσι.* Scribe *τίφυν*. Nam praeter *Moeridem* et *Hesychium* id nominis habuisse constat etiam ex *Photio* in Lex. MS. *Τίφυς, ὁ καλούμενος* 373 *ἐπιάλτης*. Sic enim legendum; non *ἐπίαλτος*. Sallier.

Τίφυν. *Hesychius: Τῖφυς, ὁ ἐφιάλτης νεᾶλυς, καὶ ὁ τῆς Ἀργοῦς κυβερνήτης.* Forte pro *νεᾶλυς* scribendum *ἠπιάλης*. Idem: *Ἐπιαλής. ὁ Ἐφιάλτης. ὃν Αἰολεῖς Ἐφέλην, ἄλλοι Ἐπιάλλην, καὶ Ἐπεφέλην καλοῦσιν.* Et: *Ἐφέλης, ἐπίαλτος*. Leg. *ἐπιάλτης*. Vid. *Vossium* de Idolol. lib. III. cap. 35. f.

29. *Τυπτήσειν*] *Aristophan.* Plut. v. 21. Nub. v. 1445. *Plato* Hipp. Mai. p. 1252. E. [p. 292. B. St.] *Liban.* Opp. T. I. p. 923. D. Similia sunt *κλαιήσειν, παιήσειν*.

30. *Τροπίαν κ. ἐ. Ἀττικῶς. οἶνον τετραμμένον ἢ ἔκλυτον, Ἑλλ.*] Locum sic restituisse videtur *Hudsonus* ex *Hesychio* et *Suida*. Fischer.

Haec omnia desiderantur in Cod. Coisl. Vocis autem *τροπίας* nullum apud Lexicographos exemplum occurrit, quam tamen legisse nobis videmur in scriptis *Gregorii Nyss.* T. I. p. 301. D. sed nunc liber non est in manibus. [Locus sic se habet: *ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ σεσηπότων, ἢ ὀμφακιζόντων τῶν βοτρύων ἀποῤῥυῇ ὁ οἶνος, τροπίας εὐθὺς καὶ ἄποτος γίνεται κ. τ. λ.*] Sallier.

Τροπίαν. In MSS. nulla lectionis varietas. Suspicor tamen, pro *καὶ* reponi debere *Ἀττικῶς*. Quanquam enim *Pollux* lib. I. sect. 248. et VI. 17. utrumque recenset, *τροπίαν* puto rarius fuisse. *Moeris* autem ob oculos habuisse videtur *Aristophanis* versum, quem conservavit *Suidas* v. *Τροπίας οἶνος. ὁ τετραμμένος καὶ ἐξεστηκώς. καὶ ἐκτροπίας. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσι· Τάχυνον πότον, καὶ μὴ τροπίαν*

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Υ.

Ὕαλος[1], ἐν τῷ α, Ἀττικῶς. ἐν τῷ ε, Ἑλληνικῶς. Ὑπόστρωμα[2], Ἀττικῶς. περίστρωμα, Ἑλληνικῶς.

οἶνον φέρε. ubi e *Photii* Lexico MS. legendum: *Ταχὺ νῦν πέτου*. Vid. Cel. *Albertium* Miscell. Critt. p. 293. *Οἶνον ἐκτροπίαν* praebet *Alciphron* lib. I. ep. 20. p. 76. *οἱ μὲν Χαλυβώνιον ἔπινον· ἐκτροπίαν δὲ ἡμεῖς καὶ ὀξίνην*. ubi notat *Berglerus*. Conf. *Kusterum* ad Hesych. v. *Ἐντροπίας*.

1. Ὕαλος, ἐν τῷ α, Ἀ. ἐν τῷ ε, Ἑ.] Inverte. Ita tamen et in *σίαλος*. Bergler. in marg.

Ὕαλος, ἐν τῷ α. In eadem cum *Moeride* sententia sunt *Dionysius*, magni quondam nominis
374 grammaticus, apud *Eustath.* [in Hom. Od. A.] p. 1390. [v. 35. ed. Rom.] *Arist. Schol.* Nub. v. 766. *Phrynichus*, *Thomas Mag. Etymologus* et *Photius* in Lex. MS. quem ea de re disserentem audire iuvat: Ὕαλος, οὐχὶ ὕελος. καὶ θηλυκῶς ἡ ὕαλος καὶ ὑάλιον. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι· ἐξ ὑαλινῶν ποτηρίων καὶ χρυσίδων. πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα διὰ τοῦ α λέγεται. Quam ob rem si illorum iudicio standum est, vox ὕελος est repudianda: quibus tamen ne assensum praebeamus, facit auctoritas *Theophrasti*, in cuius scriptis ὕελος semper, ὕαλος nunquam reperias. Sic lib. de Lapid. cap. 59. εἰ δὲ καὶ ὁ ὕελος ἐκ τῆς ὑελίδος, ὡς τινές φασι, καὶ αὐτῇ πυκνώσει γίνεται. ubi praeterea illud est animadvertendum, nomen illud masculino genere efferri: alibi tamen, libro nempe de Igne cap. 122. femininum facit. Unde colligas, Atticos nulla lege constrictos, quam ipsis sequi necesse foret. Femininum tamen magis obvium. Ita *Lucianus*, qui, ut et *Theophrastus*, ὕελος [Amor. 26.] T. I. p. 1044. [T. II. p. 427.] scribere non dubitavit. τὸ δ' ἄλλο σῶμα, inquit, μηδ' ἀκαρῆ τριχὸς αὐταῖς ὑποφυομένης ἠλέκτρου φασὶν, ἢ Σιδωνίας ὑέλου διαφεγγέστερον ἀπαστράπτει. Quod si ὕαλος etiam in eiusdem scriptis occurrit, ex eo illud tantum sequitur, nomen ὕαλος et ὕελος nullo discrimine ab Atticis usurpatum. Sallier.

Ὕαλος. Vid. omnino *Ti. Hemsterhusius* ad Thom. v. ubi hoc et similia, in quibus eadem litterarum α et ε permutatio, multis illustrat.

2. Ὑπόστρωμα] Si *Moeridi* fides, idem erit ὑπόστρωμα ac περίστρωμα, id est, *stragulum, quod subiici solet;* attamen περίστρωμα illud dicitur, *quod circum insternitur*. *Moeridi* accedunt *Hesychius* et *Thomas Mag.*, e quorum mente statuendum, *stragulum* ab iis, qui minus Attice loquerentur, περίστρωμα appellatum esse, cuius significationis nulla exempla hactenus se nobis obtulerunt, quae in controversiam vocari non possint. Non incommode tamen sic exponeretur locus *Diogenis Laërtii* [lib. V. cap. 4.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Ὕσπληξ[5], *θηλυκῶς, Ἀττικῶς. ἀρσενικῶς, Ἕλληνες. Ὑπνομαχεῖν*[6], *Ξενοφῶν παιδείας β'. μόνος.*

νοῖς ὑπὸ ποσσὶν ἀράχνη. Alcaeus lib. III. cap. 25. epigr. 1. v. 2. *Eunomianus* Epigr. Jens. 49. v. 2. et *Leonidas* Epigr. 376 124. v. 4. *Ἡ καλὰ καὶ καλῶς Πλατθὶς ὑφηναμένη.* Sic MS. Voss. pro *ὑφαινομένη.* Itaque forma media immerito viro cuidam eruditissimo fuit suspecta. In *Ἕλληνες* conspirant MSS. ut et voce seq. Leid. *Ὑφωαμένη.*

5. *Ὕσπληξ*] Vide notam praecedentem (infra ad *Ὑπόγυιον*). HUDSON.

De voc. *ὕσπληξ* vario usu v. *Eustath.* ad Dionys. Perieg. 121. FISCHER.

Ὕσπληξ. — *Σημειωτέον ὅτι ὕσπληξ.* Haec et sequentia desunt in Cod. Coisl. Neque priorem huiusce articuli partem *Moeridi* tribuendam esse censemus, cum in voce *Βαλβίδες* vocem *ὕσπληξ* tanquam minus Atticam repudiet. SALLIER.

Ὕσπληξ, θηλυκῶς, Ἀ. ἀρσενικῶς, Ἑλλ. Ita Codex Coisl. In margine autem Cod. Regii et Coll. Gronov. scripta sunt sequentia: *ὅτι ὕσπληξ οὐχ ὁ τόπος μόνον λέγεται, ἀλλὰ καὶ ὁ σιδηροῦς* (male in ed. Huds. et Leid. *σιδηρεύς*) *ὀχεὺς, ὃν νῦν λάγυναν* (*Huds.* MS. *λάγαιναν*, Leid. *λάχεναν*) *φασιν.* In *Hudsoni* MS. et Leid. glossema irrepsit in *Ὑπόγυιον*, ubi vide *Hudsoni* notam. Magnus *Salmasius* Exerc. Plin. p. m. 925. A. novae ed. 649. locum laudans exhibet *ὃ νῦν μάγγανόν φασιν*, quod vocabulum ibidem illustrat, atque inde recepisse videtur *Hudsonus*. Col. *Oudendorpius* vero ad Thom. v. pro *μάγγανον* reponendum censet *μάνδαλον*, et similiter in *Scholiasta* Luciani ad [Tim. 20.] T. I. p. 130. *μόχλον, ἣν ἀρτίως λάμναν φασι, ὕσπληγα καλεῖ.* e quo *Scholiastae* loco, vel potius ad [de Cal. non tem. cred. 12.] T. III. p. 141. *Moeris* interpolatus est in Codice Regio. Mihi *λάμνα*, recentioris vox Graecismi pro *lamina*, ut *ῥῆγλα* pro *regula*, *φίβλα* pro *fibula*, non videtur mutanda in *Scholiasta*. *Λάγαινα* vel *Λάγενα* vel *Λάγυνα* inde corruptum. *Ὕσπληξ* in fem. occurrit apud *Lucianum* l. c. Inde derivatum Laconicum *ὕσπλαγις*. Pro *ὑσπλάτιδος* enim in *Aristophanis* Lys. v. 999. reponendum *ὑσπλάγιδος*. *Γυναῖκες, ἅπερ ἀπὸ μιᾶς ὑσπλάγιδος. Schol. ἀφέσεως. βαλβίδος, ἀπὸ μιᾶς ἀφετηρίας. Τ* male scripta pro *Γ*, ut supra in *Σιγηλός*.

6. *Ὑπνομαχῶν, Ξενοφῶν μόνος*] Imo et *Synesius*, ut dicit *Thomas Magister*. HUDSON.

Ὑπνομαχῶν, Ξ. μ. In Cod. Coisl. legitur, *Ξενοφῶν παιδείας γ'. μόνος.* Scribe *παιδείας β'.* Locus enim, de quo ibi *Moeris* agit, occurrit Cyropaed. lib. II. [cap. 4, 17.] p. 61. A. *ἀλλὰ νῦν ἐάσαι χρὴ τοὺς ἄνδρας το μέ-* 377 *τριον ἀποκοιμηθῆναι, ὡς ἂν δύνωνται ὑπνομαχεῖν.* ubi videas ad marginem *ὕπνου τυχεῖν*. Sed

Ὕδερος[7] καὶ ὑδρᾶν, Ἀττικῶς. ὕδρωψ καὶ ὑδρωπιᾶν, Ἑλληνικῶς.

Ὑπόγυιον[8] δεῖ τάττειν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος, οὐκ ἐπὶ τοῦ παρεληλυθότος. σημαίνει δὲ ἑκατέρως πρόσφατον.

ὑπνομαχεῖν veram esse lectionem, *Moeris*, et illum secutus *Suidas*, persuadent. SALLIER.

Ὑπνομαχῶν. MS. sic: Ὑπνομαχεῖν Ξενοφῶν, παιδαγωγεῖν μόνος. Ita scribendum putavi pro παδαγωγεῖν, quod habet V. C. Angl. Videtur enim respici ad *Cyropaed. Xenoph.*, ubi ὑπνομαχεῖν — non ὑπνομαχῶν legitur lib. II. [cap. 4, 17.] fin. p. 36. ed. Steph. poster., nisi malis ὕπνου τυχεῖν, quod MS. *Xenoph. Stephano* propinavit. Quid si παιδαγωγιῶν legeremus? WARD. in coll.

Verba sunt manifeste corrupta. Delendum videtur παιδαγωγεῖν, quod forsitan vel pro ὑπαγρυπνεῖν e *Suida*, vel pro ὕπνου κρατεῖν e *Thoma M.* irrepsit. FISCHER.

Ὑπνομαχεῖν erat in serie *Ruhnkenii*, quod praetuli. Sic et in *Montefalc.* Bibl. Coisl. in qua etiam παιδαγωγεῖν. In collationibus *Stoeberi* παιδίας γ'. In Coll. Gron. παιδ' Γ'. Leg. β'. *Moschopulus Π. Σ.* p. 138. Ὑπνομαχῶ, τὸ τὸν ὕπνον ἀποστρέφομαι.

7. Ὕδερος καὶ ὑδερᾶν] In MS. ὑδρᾶν. HUDSON.

— ὕδρωψ, Ἑλληνικῶς, καὶ ὑδρωπιᾶν. Ea tamen voce utitur *Theophrastus* [Char.] cap. 9. ὥσπερ τοῖς ὑδρωπιῶσι τοῖς ἐπὶ καθέδρας, ἂν τὰ γόνατα καὶ οἱ πόδες οἰδοῦσιν, οὐδὲ γὰρ ὅλοι, ὅταν ὑγρανθῇ καὶ βαρυνθῇ τὸ σῶμα. SALLIER.

Ὕδερος καὶ ὑδρᾶν. Sic MSS. omnes. *Hesychius*: Ὑδρῶν, ὑδρωπιῶν. ubi tamen ordo litterarum postulat ὑδερῶν, ut est apud *Suidam* et in *Lexico* B. Coisl. p. 476. Ὑδέρων, ὑδρωπιῶν. In *Pollucis* lib. IV. sect. 187. ὑδερᾶν. Ὑδεριᾶν ubique emendandum censet *Oudendorpius* V. Cl. ad Thomam: a qua sententia uti non abhorreo, ita invitis libris nihil mutare sustinui. Ὕδερος legitur et apud *Philostrat.* V. A. lib. I. cap. 6. 9. lib. III. cap. 44. ὑδεριᾶν apud *Aristid.* T. II. p. 408. In fine voces ὕδρωψ, Ἑλληνικῶς καὶ ὑδρωπιᾶν, cum Coisl. Reg. et Coll. Gron. transposui.

8. Ὑπόγυιον — σημαίνει δὲ ἐγγύτερον, πρόσφατον] In MS. omnia perturbata erant et corrupta hoc modo: Ὑπόγηον. δεῖ τάττειν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος ὅτι ὕσπληξ οὐχ ὁ τόπος μόνον λέγεται, ἀλλὰ καὶ ὁ σιδηρεὺς ὀχεὺς ὃν νῦν λάγαινάν φασιν, οὐκ ἐπὶ τοῦ παραληλυθότος. σημαίνει δὲ ἔμα- 378
τερ. πρόσφατον. HUDSON.

Ὑπόγυιον δεῖ τάττειν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος. Contra *Plato* in Menexeno ἐξ ὑπογυίου αἵρεσις γέγονεν. p. 235. C. de re praeterita. BERGLER. in marg.

Ὑπόγυιον. Codex Coisl. habet

ὑπόγηον. In ceteris cum editis consentit, si ἐγγύτερον excipias, cuius loco ἑκάτερον legitur, utrumque male; ὑπόγυιον enim et ἐγγύτερον scribendum est. Ad ὑπόγυιον quod attinet, temere nimium et *Thomas Mag.* pronuntiat, eam vocem in praeteritum non cadere, cum longe aliter sese rem habere argumento sunt haec *Platonis* in Menex. p. 235. C. . νῦν μέντοι οἶμαι ἐγὼ τὸν αἱρεθέντα οὐ πάνυ εὐπορήσειν. ἐξ ὑπογυίου γὰρ παντάπασιν ἡ αἵρεσις γέγονεν. Sic quoque *Lucianus* [Amor. 5.] T. I. p. 1022. [T. II. p. 402.] ἔγωγε οὖν ἐξ ὑπογυίου τῆς ἐπιχειρήσεως ἠψάμην. SALLIER.

Ὑπόγυιον. Coisl. et Coll. Schl. ὑπόγηον. In serie tamen *Ruhnk.* ὑπόγυιον. Leidensis in omnibus cum *Hudsoniano* conspirat, verum pro ἑματερ. πρόσφατον monstrosum praebet vocabulum ἑματεχωρόσφατον, quod Eruditiss. *Albertius* Observv. Philoll. p. 257. ita expiandum censebat, scribendo ἕτοιμον, πρόσφατον. In Coisl. et Reg. σημαίνει δὲ ἑκάτερον πρόσφατον, pro quo e Coll. Gronov. ἑκατέρως recipere non dubitavi. Est enim haec loquendi formula Grammaticis usurpata, cum, vocem quandam *utraque significatione*, *utraque forma*, *utroque modo* occurrere indicant. *Scholiasta* Apoll. Rhod. ad lib. III. v. 1265. μεταπαιφάσσεσθαι. γράφεται μεταπαιφάσσουσαν. ἑκατέρως τὸ διάλαμπον σημαίνει. *Hesychius*: Ἀρρηφορία, ἑκατέρως λέγουσιν οἱ συγγραφεῖς. κ. τ. λ. Οἶσθα, οἶδας, γινώσκεις. Οἶσθας (sic. leg.), οἶδας ἑκατέρως Ἀττικῶς. Πλεῖον, πλέον, Ἀττικοὶ ἑκατέρως λέγουσι. *Erotianus* v. Οἰσύπη — τῆς οἰσύπης ἢ τοῦ οἰσύπου. ἑκατέρως γὰρ λέγεται. *Suidas*: Ἀποχειραντες [καὶ χειραντες ἑκατέρως λέγουσι. Αὖτις καὶ αὖθις ἑκατέρως λέγουσι. Conf. Ἀναλίσκειν. Γαλεώτης. Δόγματα. Ἐδωλιάσαι. Ἔκλειψις. Πρέσβις. — λέγεται δὲ καὶ πρέσβεων καὶ πρεσβευτῶν ἑκατέρως παρὰ τοῖς ῥήτορσιν. Ἐξεπίτηδες καὶ ἐπίτηδες ἑκατέρως λέγουσιν Ἀττικοί. *Herodianus* in Philetaero [p. 450.] posuit ἀμφοτέρως. Ἐπίτηδες καὶ ἐξεπίτηδες ἀμφοτέρως. qua voce saepius utitur. Sic et *Pollux* lib. VIII. sect. 51. *Timaeus* v. Μορμορύττει [p. 181.]. Διττῶς *Suidas* in Ἀσπάζεσθαι et Ἀπολλύειν. Δυϊκῶς in Διαθήκη. *Etymologus* p. 349. l. 12. ὑπόγυιον γὰρ σημαίνει πρόσφατον, ἐγγύτατον, τὸ ἐγγὺς γεγονὸς, πρὰ ὀλίγου καὶ μετ' ὀλίγον. De *re iam iam futura* posuit *Isocrates* Ep. VI. T. 1. n. ed. p. 470. [p. 418. Steph. p. 493, 2. Bekk.] οὕτως ὑπογυίου μοι τῆς τελευτῆς οὔσης. et περὶ Ἀντιδόσεως T. II. p. 375. [p. 310. Steph. p. 347, 4. Bekk.] Ἤδη δ' ὑπογυίου μοι τῆς τοῦ βίου τελευτῆς οὔσης. quo respicit *Grammaticus* MS. in Biblioth. S. Germani 379 [v. *Bekk.* An. Gr. I. p. 115, 5.] Ὑπόγυος, ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. Ἰσοκράτης περὶ τῆς ἀντιδόσεως. Similiter *Demosthenes* c. Aphob. [Or. II.] T. II. p. 558. C. [p. 841. Reisk. p. 127, 17. Bekk.] τῶν χρόνων ὑπογυίων ὄντων. De *re praeterita*, *nuper facta*, *Isocrates* Euag. T. II. p. 112. [p. 207. Steph. p. 230, 81. Bekk.] Plat. p. 348. [p. 299. Steph. p. 317, 17. Bekk.] adv. Call. p. 498. [p. 376. Steph. p. 451, 29. Bekk.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access

$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Ὑδροπωτεῖν[12], διὰ τοῦ ω̄ μεγάλου, Ἀττικῶς. διὰ τοῦ ο̄ μικροῦ, Ἑλληνικῶς.

Ὑποκορίζεσθαι[13], Ἀττικῶς. ἐπικορίζεσθαι, Ἑλληνικῶς.

τορες δὲ τετρασυλλάβως προφέρουσι. Par ratio in ἁλιεία et ἁλεία. Vid. *T. H.* Obss. Miscell. Vol. VI. p. 339. In MSStis ὑγίεια et ὑγεία ubique videas permisceri. *Davis.* ad Max. Tyr. p. 554. et *Jebb.* ad Aristid. T. I. p. 38. Aliquando ὑγεία cum damno metri scriptum apud Comicos, ut in *Philemonis* Pyrrho v. 10. Πλοῦτον, ὑγείαν, σῖτον, οἶνον, ἡδονήν. in *Eubuli* fragmento apud *Suidam* v. Οἶνος. T. II. p. 669. Contra in *Orphei* Hymno XXIX. v. 18. pro Εἰρήνῃ θάλλουσα καὶ ἠπιόχειρ' ὑγιείᾳ, praestat ἠπιοχείρῳ ὑγείᾳ, ut Hymno LXXXIV. Ὄλβον ἐπιπνείουσα καὶ ἠπιόχειρον ὑγείαν. Si quis ὑγιεία accentu mutato cum *Hudsono* malit, non multum refragabor.

12. Ὑδρωποτεῖν] Coll. Schlaeg. et Coisl. ὑδροπωτεῖν. Gronov. Coll. ὑδρωπωτεῖν. Recepi ὑδροπωτεῖν. *Ammonius*: Πόμα καὶ πῶμα διχῶς λέγουσι. τὸ μὲν ἁπλοῦν διὰ τοῦ ο̄ μικροῦ. ἐν δὲ συνθέτοις, μόνον διὰ τοῦ ω̄ μεγάλου. οἷον γαλακτοπωτεῖν, καὶ ὑδροπωτεῖν. Ita etiam laudat *Wetstenius* ad 1 Tim. cap. V. v. 23. Per ο̄ nusquam scriptum reperi. Pro Ἑλληνικῶς Leid. Ἕλληνες.

13. Ὑποκορίζεσθαι, Ἀ. κολακεύειν, Ἑλληνικῶς.] Codex Coisl. habet ἐπικορίζεσθαι. Sallier.

Ὑποκορίζεσθαι, Ἀ. ἐπικορίζεσθαι, Ἑ. Leid. κολακεύειν. Coisl. Reg. Coll. Schl. Gron. ἐπικορίζεσθαι. Ὑποκορίζεσθαι quid sit, e Lexicis notum. Conf. notae ad *Thom. M.* v. et *Ruhnken.* ad Tim. v. [p. 266. sq.] Verum ἐπικορίζεσθαι quid sit, me nescire 381
fateor. [Recentiores Graecos ἐπικορίζεσθαι depravasse ex ὑποκορίζεσθαι probabile fit, quod eadem ratione pro ὑποτροπιάζειν ἐπιτροπιάζειν dixerint. *Phrynichus* p. 28. [p. 84. Lob.] Ἐπιτροπιάζειν, ἔτι καὶ τοῦτο διέφθαρται, καίτοι λεγόντων τῶν ἀρχαίων. φανερῶς ὑποτροπιάζειν. Ex *Addend.*] Forte recentiores Graeci verbum ἐπικορίζεσθαι eodem sensu adhibuere, quo veteres Attici verbum ὑποκορίζεσθαι. An vero respexit *Moeris* ad *Xenophontis* Memorab. lib. II. [cap. 1, 26.] p. 738. E. οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι, ἔφη, καλοῦσι με εὐδαιμονίαν, οἱ δὲ μισοῦντές με, ὑποκοριζόμενοι ὀνομάζουσι κακίαν. quem locum *Suidas* v. et *Etymologus M.* p. 782. 35.. laudantes ὑποκορίζεσθαι exponunt διασύρειν. *Leunclavius* aliique capiunt pro *invidioso et odioso nomine aliquem appellare.* Verum *Xenophontis* verba transponenda sibi videri, monuit me *Ruhnkenius* V. Cl. in litteris, hoc modo: οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι, ἔφη, ὑποκοριζόμενοι καλοῦσι με

Ὑδροῤῥόη[14], Ἀττικῶς. ὑδροχόα, Ἑλληνικῶς.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Φ.

Φαυλίας[1] ἐλαίας, τὰς ἐκ κοτίνου μεταπεφυτευμένας ἐλαίας.

Φιλεῖ[2], ὅπερ φιλεῖ γίνεσθαι, Ἀττικῶς.

εὐδαιμονίαν, οἱ δὲ μισοῦντές με ὀνομάζουσί με Κακίαν. Cel. autem *Valckenaerius* his lectis sequentia mecum communicavit: „Mihi visum fuerat ὑποχοριζόμενοι ad priora adscriptum ab alia manu, non a *Xenophonte* adiectum, nisi se crediderit ἡ Κακία honesto nomine indignam. In talibus ὑποχορίζεσθαι significat τὸ εὐφήμοις ὀνόμασι κλέπτειν τὴν ἀτοπίαν, ut explicat *Ulpianus* ad Demosthen. p. 256. *Cicero* IX. ad Attic. Ep. X. *miserrima fuga, quam tu peregrinationem* ὑποχορίζῃ. Quid sibi velit ἐπιχορίζεσθαι, tecum nescio."

14. Ὑδροῤῥόα, Ἀ.] Ita ex coniectura. In MS. Ὑδρορόη, Ἀ. ὑδροχοὰ, Ε. Forsan Ὑδροῤῥόη, Ἀττ. ὑδροῤῥόα, Ἑλλ. Hudson.

Ὑδρορόη Coisl. in serie *Ruhnk.* Coll. Schl. et Leid. Verum ad marginem *Moeridis* ad ὑδροῤῥόα scriptum: „Sic Coisl. et Reg." Διὰ ὑδροῤῥόας est in *Aristoph.* Ach. v. 922. εἰς ὑδροῤῥόαν. v. 1185. ὑδροῤῥοῶν Vesp. v. 126. Ἀναχαθῆραι τὴν ὑδροῤῥόην *Pollux* lib. I. sect. 224. ubi MS. ὑδρορόην. Ὑδροῤῥόος *Alciphr.* lib. III. ep. 47.

1. Φαυλίας] *Pollux* lib. VI. sect. 45. τὰς δὲ κοτινάδας ἐλαίας, τραμβήλους ὠνόμασε Φερεκράτης. ἐκαλοῦντο δὲ αὗται καὶ φαυλίαι. *Alciphron* lib. I. ep. 21. σιτεῖται δὲ οὐδὲν τῶν πολυτελῶν, ἀλλ' ἄρτον τὸν ἐξ ἀγορᾶς καὶ ὄψον εἴποτε εὐημερίας ἡμέραν ἐπιτελοίη, δρυπετεῖς ἢ φαυλίας. *Lucianus* Lexiph. [5.] T. II. p. 329. l. 21. ἄλλος ἤσθιε φαυλίας. Vid. *Eustathius* ad Il. Ω. p. 1492. Perperam *Hesychius* duo nomina sono vicina confudit, φαυλία et φυλία. Φυλίης, φυλία ἔστιν εἶδος ἀγριελαίας. et Φυλίη, ἀγριέλαια. quae recte distinxit *Ammonius* p. 141. Φυλία est σχῖνος, *lentiscus*. 382

2. Φιλεῖ] *Demosthenes* in Neaer. p. 524. A. [p. 1361. Reisk. p. 557, 48. Bekk.] οἷον οἶμαι φιλεῖ γίγνεσθαι ἑκάστοτε. *Alcidamas* adv. Palamed. p. 184. l. 19.' οὐδ' ἐν παλαίστρᾳ, οὐδ' ἐν συμποσίῳ, ἔνθα φιλεῖ ἔριδας πλείστας καὶ λοιδορίας γίνεσθαι. *Euripid.* El. v. 523. Antig. v. 7. Temen. v. 12. [*Plato* de Rep. lib. VIII. p. 560. B. Legg. lib. VI. p. 766. A. Phileb. p. 37. B. Tim. p. 89. C. Sympos. p. 188. C.] Conf. *Stephanus* de D. A. p. 50. *Albertius* Obss. Philoll.

Φαχὴν [3], *ἑνικῶς καὶ θηλυκῶς, Ἕλληνες. φακοὺς, πληθυντικῶς, Ἀττικῶς.*
Φροίμιον [4], *Ἀττικῶς. προοίμιον, Ἑλληνικῶς.*
Φροῦδος [5], *Ἀττικῶς. ἄφαντος, ἀφανὴς, Ἑλληνικῶς.*

p. 46. *Wetstenius* ad Matth. cap. VI. v. 5. Simili ratione verbum ἐθέλειν adhibuere. *Xenophon* Oecon. [cap. 4, 13.] p. 829. A. *πάντων καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν μεστοὶ, ὅσα ἡ γῆ φύειν ἐθέλει.* et alibi. *Libanius* T. I. p. 629. D. *ἐξ ὧν στάσεις ἐθέλουσι φύεσθαι.* Latinum *amare* eodem modo usurpari praeter alios notarunt *Cortius* ad Sallust. Jugurth. cap. 34. et *Marklandus* ad Statii Silv. I. 3. p. 46.

3. *Φακούς*] Vide *Graevium* in Luciani Soloecistam [7.] p. 107. (T. III. p. 374. [574.]) Hudson.

Tradunt nimirum Grammatici veteres, tanquam *Thomas M.*, *Ammonius* et alii, *φακὴν* de *lentibus coctis*, *φακοὺς* de *crudis* dici; unde accusat Nostrum ignorantiae cuiusdam *Valckenaerius* ad Ammon. p. 140. Sed ipsum tamen discrimen illud videtur vanum esse. Certe *φακῆ* de *lentibus crudis* est apud *Theophrast.* Char. cap. 15. Fischer.

Φακήν. Usus est hoc loco Cl. *Valckenaerius* ad Ammon. p. 140. ubi pro *Ἀττικῶς* exhibet *Ἀττικοὶ* (sic Bibl. Coisl.), et a reliquis Grammaticis discedere *Moerin* observat. Pro *φακοὺς* Coll. Gron. *φακή.*

4. *Φροίμιον, Ἀ. προοίμιον, Ἑλληνικῶς.*] *Φροίμιον* saepius legitur apud tragicos, *προοίμιον* aliquando, et apud *Aristoph.* Eq. v. 1340. *Hesychius: Φροίμια, προοίμια, προρρήσεις, Ἀττικοί.* Emaculandus *Suidas* in *Φρωγεῖν, φράττειν, Ἀττικῶς. Φροίμιον, προοίμιον.* Pro *Φρωγεῖν, φράττειν* scribi debuerat *Φώγειν, φρύγειν* sive *φρύττειν. Hesychius: Φώγειν, φρύγειν.* Dein *Ἀττικῶς* ponendum post *Φροίμιον, προοίμιον.* Pro *προοίμιον* Leid. *προΐμιον.*

5. *Φροῦδος, Ἀ. ἄφαν-* 383
τος, ἀφανὴς, Ἑλληνικῶς.] Temere. Vox enim *ἄφαντος* hoc ipso sensu usurpatur ab *Euripide* Oresta v. 1496. *Ἃ δ' ἐκ θαλάμων ἐγένετο διὰ προδόμων Ἄφαντος.* Alia complura adduci exempla possent: sed in re aperta, quid verbis opus est? Idem dicendum de voce *ἀφανὴς*, quam Atticam esse vel ex ipsis Lexicis compertum est. Sallier.

Similiter *Abreschius* Animadvv. ad Aeschyl. p. 325. *Moerin* et *Thomam M.* exemplis ex *Aeschylo* prolatis, ubi *ἄφαντος* occurrit, refellendos sibi sumsit. Quibus alia e *Sophocle* possent adiici. Verum *Moeris* certe nunquam de repudiandis vocibus *ἄφαντος* et *ἀφανὴς* cogitavit: sed Grammaticorum more vocem *φροῦδος* per alias vulgo Graecorum magis cognitas explicuit. Similiter *Hesychius*, *Suidas*, *Etymologus* interpretantur. Apud *Hesychium* v.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for

$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Φυστῆ[8], *περισπωμένως, τὸ φύραμα τῶν ἀλφίτων, ὅταν μὴ γένηται μάζα. φύραμα δὲ, Ἑλληνικῶς.*

Φαῦλον[9] *καὶ φλαῦρον, Ἀριστοφάνης ἀμφότερα κατὰ τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου· τὸ δὲ φαῦλον σημαίνει τὸ κακόν.*

μωρολόγος, recte, ut ostendunt haec *Hesychii*: Φλήναφος, φλύαρος, λῆρος, μωρολόγος. quae vox occurrit apud *Aristotelem* annotante *Henr. Stephano* in Lex. SALLIER.

Φλήναφος. Leid. ut ed. Hnds, Coll. Gron. Φλύναφος, Ἀ. μωρολότος. Coisl. Reg. Coll. Schl. μωρολόγος. *Pollux* lib. VI. sect. 119. de homine garrulo: φλήναφος, τὴν γλῶτταν ὀλισθηρός. Ita *Synesius* Ep. III. p. 160. C. τὴν φλήναφον γραῦν τὴν τιτθίδα. *Aristid.* T. II. p. 411. *Eustathius* ad Il. *H.* p. 532. l. 6. οὐ γὰρ οὕτω φλήναφος ὁ ποιητής. Altera significatio, qua pro *quibusvis nugis* ponitur, longe frequentior. Vid. *Menandri* Supposit. v. 9. *Heliodor.* lib. X. [cap. 12.] p. 485. f. *Aristaenet.* lib. II. ep. 17. etc. Φληνάφημα, qua voce carent Lexica, *Pseudo-Euripides* Epist. V. f.

8. Φυστῆ] In MS. Φυσῆ. — περισπωμένως. Ὀξυτόνως δὲ, ὡς φησιν Ἡρωδιανός. *Schol.* ad *Aristoph.* Vesp. v. 608. HUDSON.

Φυστῆ. φυσῆ legitur in Cod.
385 Coisl. ut et in Oxon. quam vocem recte Cl. *Hudsonus* mutavit in φυστῆ, ut argumento sunt haec *Athenaei* p. 114. καὶ μάζας δέ ἐστιν ἀναγεγραμμένας παρά τε Τρύφωνι, καὶ ἄλλοις πλείοσιν· παρ' Ἀθηναίοις μὲν φυστῆν τὴν μὴ ἄγαν τετριμμένην. SALLIER.

Φυστῆ. MSS. omnes φυσῆ. Φυστὴ est in *Aristoph.*, Vesp. v. 608. Φύστη apud *Athenaeum* lib. IV. p. 131. E. p. 137. E. et in *Leonidae* Epigrammate, inter Jensiana CXIII. v. 5. 6. Εἰ καί σοι λιτή γε καὶ οὐκ εὐάλφιτος εἴη Φύστη ἐνὶ γρώνῃ μασσομένη παλάμαις. Quem versum a *Suida* v. citari monuit simulque explicuit *A. Heringa* Vir Cl. Obss. cap. 30. p. 270. *Michaël Psellus*: Ἡ φύστη εἶδος πέφυκε μάζης ὑδατουμένης.

9. Φαῦλον καὶ φλαῦρον, Ἀττικῶς. Ἀριστοφάνης] Vide Indicem ad *Aristophanis* Editionem *Kusterianam*. — Τὸ δὲ φαῦλον σημαίνει τὸ κακὸν καὶ τὸ εὐτελὲς, φλαῦρον δὲ μόνον τὸ κακόν. Vide *Erotianum*, *Suidam*, *Thomam Magistrum*, *Moschopulum* aliosque. HUDSON.

Et e recentioribus quidem *Kuhnium* ad Aelian. V. H. lib. I. cap. 28. FISCHER.

Φαῦλον καὶ φλαῦρον, Ἀττικῶς. Vox Ἀττικῶς abest a Cod. Coisl. Ibidem verba desiderantur: τὸ κακὸν καὶ τὸ εὐτελές. φλαῦρον δὲ μόνον, quae minime necessaria sunt. SALLIER.

Φιλόγελω[10], *Ἀττικῶς. φιλογέλωτες, Ἑλληνικῶς. Φθοῖς*[11], *Ἀττικῶς. μονοσυλλάβως· ἔστι δὲ πέμμα πλατὺ ἔχον ὄμφαλον. πόπανον, Ἕλληνες.*

Φαῦλον. In MSS. nulla lectionis varietas; quare *Hudsoni ἐμβλήματα* reieci. *Φαῦλον* et *φλαῦρον* distinguunt alii Grammatici, ut *Eranius Philo*, *Thomas M.*, *Suidas*, *Timaeus*, quem vide utraque voce et *Ruhnkenii* notas. Utrumque eadem significatione apud *Aristophanem* reperiri observat *Moeris*. Si quid mutandum, mallem ultima *τὸ δὲ φαῦλον σημαίνει τὸ κακὸν* una litura delere, tanquam ab aliena manu adiecta. Sed commode possunt servari, et MSS. constanter retinent. Apud *Hesychium* est *Φιλαῦρα* pro *Φλαῦρα*, *τὰ κακὰ, τὰ ἄτοπα.*

10. *Φιλόγελω, Ἀ. φιλογέλωτες, Ἑλ.*] Forsan *Φιλογέλωτος.* Hudson. Recte. Fischer. Male. Bergler. in marg.

Probat *Hudsoni* coniecturam *Oudendorpius* ad *Thomam M.*, qui ita habet: *Φιλογέλως, φιλόγελω, Ἀττικοί. φιλογέλωτος δὲ, Ἕλληνες.* Mihi N. L.

386 11. *Φθοῖς*] Pro *ἔχον* in MS. *ἔχων.* Hudson.

